Vita
S. Mag-
dalena

4

+

fru Capuc. ex legato Rmi
B: Lud: Guil: Benz Sufra-
ganei Eustadisij ap. 1683.

2762
133

3101
133

S. MARIÆ
MAGDALENÆ
Vitæ historia
Commentario
illustrata.
AVCTORE
R. P. F. Carolo Sten-
gelio, Ord: S. Ben.
MDCXXII.

Ex lib. Gub: Lud: Benaz: S. J. B. B.

AD MODVM REVERENDO, ET AMPLISSIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, D. CAROLO, celeberrimi Monasterij Vrsinensis Abbati dignissimo, Domino suo obseruandissimo

F. CAROLVS STENGELIVS F. P.

INTER *omnes ferè cælestis Regni Diuas, post beatissimam illam Cæli, Terræq; Reginam Virginem* DEIPARAM MARIAM, *nulla celebrior*

apud Christicolas honore sanctis Cœlitib⁹ debito colitur ipsâ S. MARIA *MAGDALENA, ita vt quacumq; pateat Christianus orbis, ipsi passim soleant aras erigere, statuere imagines, tabulas pictas & Templa dedicare, sacra facere, solemni precatione atq; ritu opem ab illâ & auxilium expetere. Hæc est enim totius orbis ac vtriusq; sexûs mortalibus singulare exemplum: mulier admirabilis, pœnitentiâ insignis, diuino amore inclyta,* CHRISTO *amoris obsequia præstans, quæ nemo alius præstitit. Hæc est mu-*
Prou. 31. *lier illa fortis, quam Salomon quæsiuit dicens:* Mulierem fortem quis inueniet? *Etenim impudicitiæ iugum, quo premebatur, ceruicibus excussit, Satanæ vincula fregit, tartarum superauit. Illius pœnitentiam peccatores ante oculos sibi, tamquam in speculo proponant,*

rant, vt commissa peccata profusis deleant lachrymis. Cuius enim vel saxeum pectus, *ait D. Gregorius*, illæ huius peccatricis lachrymę, ad exemplum pœnitentiæ non emolliant? *Et de seipso sic scribit:* Mihi cogitanti de MARIÆ MAGDALENÆ pœnitentia flere magis libet, quam aliquid dicere. *Ecce deuota lachrimis perfusa est, illámne sequemur? illa sua plorat peccata: Quid quæso illa sanctius? illa ad suum properat Saluatorem, pro obtinenda misericordia: quid animæ salutarius? illa se ad ipsius pedes abiicit: quid DEO acceptius? illa pedes ipsius suis lauat lachrimis: quid isthoc delectabilius? illa ipsius laudes decantat: quid magis angelicum? illa ipsius passionem meditatur: quid magis pium? illa se à mundo abstrahit: quid magis*

Hom 33. in Euan.

religiosum? Breuiter illa in DEO *occupata est, studium ipsius in cælis, deliciæ cum* DEO: *corpus in terra, Spiritus inter Angelos versatur. Illa repleta lachrimis, & saxa ad fletum mouet, illa suis æ-rem replet suspiriis, & precibus assiduis Deum quasi fatigat. Hisce de causis, in eius vita paraphrasticôs describendâ, & commentariolo illustranda, operâ, vt ego quidem existimo, non inutili mihi laborandum esse constitui.*

Id verò quidquid est operæ, Amplissimo Tuo Nomini, CŒNOBIARCHA RELIGIOSISSIME *inscribendum esse censui, multis ad id permotus rationibus. Atq; vt priuatas meas omittam, eas certè omittere nec possum nec debeo, quæ omnes nostri Cœnobij Patres pariter concernunt, quibus Te innumeris in eos diuer-*

diuersis temporibus beneficijs ita cumulatè deuinxisti, vt ea satis deprædicare nunquam possint. Beneficiorum equidem, non eadem omnium est ratio, multi, quid detur, spectare solent, sua quidq; magnitudine metiuntur, nihil attendunt præterea: ego potius, quibus de causis, & à quo homine detur, animaduerto; ac, si quid in aliquem, aut in me ipsum collatum est gratiæ, tanti soleo æstimare, quanti videtur is, qui contulit, æstimandus. Hinc fit, vt, quæ à Te, quæ item à Tuo venerabili Fratrum Collegio, in me, meosq; Collegas & Symmystas profecta sunt officia, pro summis accipienda esse ducam; fons enim ille vnde manarunt, Amor fuit. Taceo Tuas laudes, quas ipse generoso, imò religioso animo pridem despexisti, taceo prudentiam singularem &

inde-

indefessum studium, in administratione cùm religiosâ, tùm oeconomicâ perillustris Tui Cœnobij, à Te impensum: vnum hoc addo, Te labore & industria Tuâ etiam Antecessores tuos supergressum esse. DEVS Opt. Max. Te multos annos sospitem & incolumem seruet. Vale. AVGVSTÆ VIND. Ex nostro Cœnobio SS. VDALRICI & AFRÆ. Kal. Ian. A. C. MDC.XXII.

CAP. I.

BEATAE MARIAE MAGDALENÆ PATRIA, PARENTES, & cognatio.

SMARIA MAGDALENA, à Magdalo castro sic cognominata (extant autem varia huius nominis oppida in sacris literis memorata, vtpote Magdal in tribu Juda, [a] Magdalel in Galilæâ & tribu Nephtalim, [b] &

Maria vnde Magdalena dicta.

[a] *Iosue 15.*
[b] *Ibid. 19*

A Ma-

c Exod. 14 Hier. 44. Num. 33. & Hieronymus de locis Hebr.

Magdalum apud Ægyptum c) clarissimis orta natalibus patre Syro matre Eucharià, Soror Marthæ atq; Lazari. Ea creditur è Judæâ oriunda fuisse, vnà cum fratre & sorore, ex castello seu uico Bethaniæ d (quod ædibus frequens, & vltrà montem Olieti situm, quindecim à Ieruſalem stadijs distat, hoc est, duobus miliaribus Italicis, ex quo quidem loco, licet perexiguo interuallo, ob interpositum Oliueti montem, ciuitas Ieruſalem videri non potest, sed conscenso quodam monticulo, videtur inde pars montis Sion) sed nupsisse viro in Galilæâ, in castello Magdalum nomine, haud procul à mari Tiberiadis sito, vbi ipsa habitauerit Domino in Galileâ prædicante, vndeq; nomen sumpserit Magdalenæ;

d Ioan. 11. §. 1. Bethania vbi sita.

Magdalum castrum vbi situm.

lenæ; Vocatum autem censetur Magdalum à turribus & munitionibus, quibus magnificè erat munitum: Vnde Hieronymus *e* ob Mariæ Magdalenæ sedulitatem ac fidei ardorem, eam Mágdalenen, hoc est, turritam rectè vocatam asserit.

e To. 1. epist. 16 ad Principiam & to. 3 in explan. Ps. 44 & ad Hedib. quæst. 4.

Vidua autem facta (nam viduam eam appellat Auctor cōmentarij in Marcum D. Hieronymo adscripti) *f* liberius viuendi genus amplexa est, vndè etiam varijs in locis habitasse videtur, vt solent meretrices sæpè loca mutare, vagæ, quietis impatientes, nec valentes vno loco consistere, *g* quò libidinem suam liberiùs expleant: hinc à S. Lucâ, *h mulier quæ erat in ciuitate* (quam multi existimant fuisse Naim) *peccatrix* appellatur; id est, noti exempli, infa-

Mariæ viuendi genus.

f Marc. 15. v. 40.

g Prouerb. 7. v. 10 11.

h Cap. 7. v. 37. Cur peccatrix dicta.

mis eo peccato, de quo notari mulieres solent, impudicitiæ, *Ciuitate peccauerat*, inquit Petrus Chrysologus [1], *quia fama sua famam totius tetigerat ciuitatis: sicq; iam non peccatrix solum, sed ipsius ciuitatis facta fuerat ipsa peccatum*. Hoc verò commune *Peccatricis* nomen tantam mulieris huius fuisse turpitudinem declarat, vt indigna esset quæ proprio nomine exprimeretur. Quid enim turpius, quàm prostitutione corporis quæstum facere? Verùm hoc etiam nomine vsus est, vt non huius flagitij tantùm, sed omnium quoq; aliorum, quę hoc vitium comitari solent, ream ostenderet. Duabus enim de causis à peccatis homines abstinere solent, hoc est, vel Dei metu, vel hominum. Vtrum-

1. Ser 93.

trumq; autem Maria perdiderat, quæ meretriciæ turpitudini vacabat: cuius eſt pudorem omnem & verecundiam prorſus exuiſſe. Cùm ergò nec Deum timeret, nec homines reuereretur; quo fræno ſe ab illo ſcelere contineret? Adde, quòd cum hoc mulierum genus quotidie cum amatoribus ſuis vino dapibuſq; ſeſe ingurgitet, conſequens eſt, vt libidini & intemperantiæ, ceteriſq; vitijs faces ſubijciat, dùm ardenti corpori fomenta ignium quotidie miniſtrat. Adde conſortia peditorum hominum, cum quibus omnis earum vita tranſigitur, quorum prauis colloquijs & exemplis indies magis ac magis deprauantur & corrumpuntur. Quocirca non immeritò mulier hæc ab Euangeliſtâ

peccatrix appellatur; non solùm quòd impudicam vitam, sed etiam quia multis alijs flagitijs contaminatam degeret. Quam sententiam D. Gregorius confirmat, qui hanc esse Mariam illam credit, à quâ septem dæmonia à Domino eiecta fuisse Euangelistæ *k* memorant. Septem autem dæmoniorum nomine idem sanctus vniuersitatem vitiorum, quibus mens illa erat obsessa, comprehendi vult.

k Marc. 16 v. 9. Luc. 8. v. 2.

Scriptura quoque septenarium numerum nonnumquam pro multitudine accipit, vt illud: *l Infirmata est quæ peperit septem*, quod annotat Theophylactus scribens in Marcum.

l Ierem. 15 v. 9.

Cur à dæmonibus obsessa.

Fuerat à Deo dæmonibus tradita, ob sua, verisimile est, crimina: quos vbi ex eâ profligasset

gaſſet Dominus, reliquit vitia, admiſſorum obtinuit veniam (vti paulò poſt dicemus) virtutem amplexa eſt, facta eſt Chriſti diſcipula, deniq; & contubernio ipſius honorata.

CAP. II.

MARIA MAGDALENA de peccatis pœnitens ad IESVM *in domo Phariſæi diſcumbentem properat.*

CVM igitur in hoc miſerando ſtatu Maria, vitæ ſuæ neſcia, Dei ſuiq́; oblita, lethiferoq́; peccati ſomno conſopita jaceret, ſummus ille rerum omnium

Dominus, (cuius immensa misericordia ad omnia pertingit, cuiusq; bonitas nullâ superari malitiâ potest) vt ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ, peccatoribusq; cunctis, quamlibet desperatis, conclamatis, spem salutis (si ad se reuerti vellent) monstraret, decreuit hanc animam purgare, & in hoc sordido stabulo palatium sibi erigere, & in olido cæno paradisum voluptatis, in quo ipse delicijs suis frueretur, plantare, & ex hoc dæmonum cubili, templum, in quo requiesceret, ædificare.

Magdalena quomodo ad Deum conuersa.

Vt verò Dominus peccatricem ad se traheret, & à lethifero illo somno excitaret, facem doctrinæ suæ cælestis intra mentem eius prætulit, quâ illuminata, vidit protinus horrenda scelerum

lerum monstra, quibus vndiq; obsessa erat, vidit funestam ac tetram peccati faciem, quam induerat. Quo spectaculo commota, & inter spem metumque dubia ad animarum medicum, Dominum IESVM, in Phariſæi domo discumbentem, pergit.

Simon Phariſæus, quis fuerit.

Nam circa idem tempus quidam Phariſæorum, nomine Simon, non omninò malus ille, certè non hostis aut contemtor IESV inuitarat illum domum suam ad prandium. Quis hic Simon fuerit apud nonnullos dubiũ controuersumq; est. Complures negant eundem hunc esse cum Simone Leproso, cuius mentio est alibi, [a] quia Simonis Leprosi habitatio fuit in Bethaniâ vicinâ Ierosolymis, huius in Galilæâ; [b] Atqui Cyprianus aut quisquis est vetus auctor

[a] *Matth. 26. v. 6.*

[b] *August. lib. 2. de*

conf. Euāg. c 79. Beda, Theophil.

sermonis de ablutione pedum, etiam hunc vocat Simonem Leprosum: prout eumdem vnum fuisse, verisimile fieri possit, non solùm ex eodem nomine Simonis, verumetiam ex familiaritate cum hac vnctrice. Quid si migrante IESV ex Galilæâ in Iudæam, *c* & hic, fidelis cùm esset, migrauerit, habitationemq; sibi delegerit in Bethaniâ, apud sibi notam Magdalenam? tùm autem habitabat, vt multorum fert opinio, in Naim, ciuitate Galileæ, sitâ in latere aquilonari montis Hermon minoris, *d* secundo miliario à mõte Thabor *e*.

c Matth. 19. §. 1.

Naim ciuitas vbi sita.

d Adrichomius.

e Hier. de loc: Hebraic.

Maria ergò iudicauit iam esse opportunum, vt IESVM adiret, & prouoluta ad pedes eius faceret quæ decreuerat, tùm quòd domi esset IESVS (nec enim

nim cõgruum fuisset foris ea fieri in plateis) tùm quòd domi alienæ (nam in propriâ ipsius, siue IESV siue mulieris, domo minimè decuisset) & quidem domi eius, cui cuiusq; familiæ ipsa nota esset: prorsus enim ignota, quomodo in triclinium alienæ domus, conuiuij tempore fuisset se ausa ingerere? Nec verò censebat obstare tempus conuiuij: nam quod ad IESVM quidem, sciebat paratissimum semper esse, vt omnibus omnium malis quouis tempore mederetur, etiam cibi sumptione postpositâ: quòd ad hospitem verò & reliquos conuiuas, cùm scirent, quòd publicitùs notum erat, eam esse peccatricem, benè voluit vt scirent etiam ac viderent, quòd peccata sua defleret, ac detestaretur, tantisper

Magdalena pœnitentiæ causſa, quæ facere decreuerit.

 auo-

auocati à cibo sumendo, lotio quoque pedum & vnctio conuiuio congruebant.

Cur autem eò venerit ad IESVM, mox patebit. Liberata enim nõ ita pridẽ beneficio IESV à septem dæmonibus, qui eam occupauerant, *f* venit nunc, vt & à peccatis suis, omni dæmonio peioribus, liberaretur, remissione peccatorum acceptâ, ab eo cui nouerat eam esse auctoritatem, vt posset peccata dimittere, vt quam ille nuper sanato paralytico testatam fecisset, *g* quam etiam Ioannes Baptista ab initio ipsi attribuisset. *h* *Nouerat*, inquit Augustinus, *i* *quanto morbo laboraret, & illum ad sanandum esse idoneum ad quem veneraret sciebat.* Compuncta peccatorum suorum aculeis, non se diutiùs potuit

f *Marc.* 16. ℣ 9. *Luc.* 8. ℣. 2.

g *Luc.* 5. ℣ 20.

h *Ioan.* 1. ℣. 29.

i *Hom.* 23. *inter* 50.

tuit continere, quin eò accurreret, vbi ſuum medicum diſcumbere ſciebat, & quæreret piâ impudentiâ ſanitatem. Multi hactenùs ad Chriſtum accurrerant causâ obtinendæ ſanitatis corporis: hæc prima & ſola omnibus prudentior, accurrit vt remiſſionem peccatorum, id eſt, animæ ſanitatem impetret.

Sed quærit Chryſologus: *Phariſæus ad manducandum vocat Chriſtum: quid ibi quærit mulier non vocata? Clauſtra domus non prorumpit extraneus, conuiuij ſecretum non præſumit non inuitatus intrare, cibos paratos relaxandis mentibus poſt laborem perturbare non audet arbiter luxurioſus: & quid eſt quod hæc mulier ignota, imò malè nota, onuſta luctibus, plena lachrymis, clamoſa planctu, neſcio ianitore, nullo con-*

l. Serm. 93. Pulchra Chryſologi Paraphraſis.

conscio, ipso ignorante pastore, domus aditus percurrit omnes, transit totas ministeriorum cateruas, ipsum conuiuij peruolat ad secretum, & facit domum lætitiæ, domum lamentationis & planctus? Fratres, non rogata venit illa, sed jussa: intrauit exhibita, non præsumens: ipse sic fecit eam sisti sibi, qui illam cælesti sententiâ jussit absolui. Deniq; dum Pharisæus veste clarus, primus in signate, in ipsis oculis Christi tumens, epulis homini, non Deo placiturus, festivus infunditur, venit mulier, & venit retrò: quia reus animus post tergum stat ad veniam: quia per culpam nouit se vultus fiduciam perdidisse: venit satisfactura Deo, non homini placitura cùm venit: venit pietatis illa, non voluptatis exhibitura conuiuium: deniq; & pœnitentiæ ponit mensam, fercula

con-

compunctionis apponit, panem doloris infert, potum lachrymis temperat in mensura, & ad delicias deitatis totas, totam pulsat cordis sui & corporis symphoniam, organi planctus dat clamorem, cytharam per suspiria longa modulatur, gemitus aptat in fistulam: & dum pectus ipsam conscientiam arguens sæpe percutit, facit placitura Deo cymbala personare: dumq; taliter apportat diuinis oculis cibos, totas misericordiæ copias sic reportat.

Sed tempus tamen, ô mulier, opportunum exspectare decet, vt medicum conuenias omnibus arbitris procul amotis, ne conuersionem tuam mundi fabulam facias. Nullum autem tempus minus ad lachrymas, & peccatorum confessionem opportunum, quàm vbi conuiuiũ

in

in frequentiâ hominũ celebratur. Sicut enim *musica in luctu*, ita luctus in conuiuio *importuna narratio* est. Exspecta igitur paululum donec conuiuium soluatur, & conuiuæ discedant, tunc lachrymis & pœnitentiæ tuæ opportunum tempus erit. Non possum (inquiet illa) ne hoc quidem breui spatio horrendam peccati faciem sustinere: antea enim tenebris obcæcata nihil metuebam, quia nihil videbam: modò verò, vbi desuper infusâ luce, horrendam peccati faciem video, non magis quiescere possum, quàm si contra me draconum & serpentum insurgentia agmina viderem, aut in medio flammarum ardentium posita essem. Itaq; prudens mulier neq; hospitum frequentiam, nec hominum

m Eccles. 22. v. 6.

Subita Mariæ conuersio, ex diuina gratia.

num judicia, neque Phariſæorum contemptum veretur. *Quia enim*, vt D. Gregorius ait, [a] *ſemetipſam grauiter erubeſcebat intus, nihil eſſe credidit quod verecundaretur foris.* Peccati enim pudor omnem alium ab animo ſuo pudorem excutiebat. Hoc igitur peccati horrore ſtupefacta Maria, conuiuij domum ingreditur, & ſtat retrò ſecus pedes Domini, quoniam oculos ad Chriſtum, leuare non audebat.

[a] *Hom 33. in Euang.*

CAP.

Cœnatio in qua pedes recumbentis Iesu peccatrix mulier stans retro lachrymis lauit capillis tersit et unxit unguento.

CAP. III.

MARIA MAGDALENA pœnitentiæ causſa IESV pedes lachrymis rigat, capillis tergit, oſculatur, vngit. Item de variis veterum diſcumbendi modis.

SED operæ pretium eſt conſiderare, quæ egerit ad obtinendam remiſſionē peccatorum. In primis *attulit alabaſtrum vnguenti*, delicias vitæ priſtinæ, Hoc fortaſſe prætextu, faciliùs permiſſa à domeſticis eſt, intrare in locum conuiuij, quaſi quæ adferret quibus conuiuæ poſſent exhilarari. Nam *alabaſtrum vnguenti*, id eſt, vaſculum

Alabastrum vnguenti quid sit?

culum alabastrinum, plenum vnguento seu liquore suauiatq; odorifero, pyxis est vnguentaria delicatior sic dicta, quòd ex alabastro seu alabastrite lapide ferè confici soleret: de quo Plinius: [o] *Hunc* (onychem) *aliqui lapidem alabastriten vocant, quæ cauant ad vasa vnguentaria, quoniam optimè ea seruare incorrupta dicitur.* Hæc ille. Est autem genus marmoris pretiosi, humani vnguis candorem referens, vnde & onyx appellatur: quare Horatius, pro alabastro, *Nardi parui onyx* dixit. Cicero alicubi [p] nominat *alabastrum* masculino genere, dicens: *Quibus etiam alabaster plenus vnguenti putere videtur*; prouerbiali sermone, pro, quibus etiam optima displicent! Attamen Epiphanius [q] de Alabastro vnguen-

o *Lib. 36. c. 8.*

p *Lib. 2. Acad.*

q *Lib. de pond. & mensuris.*

guenti aliam rationem affert: dicens: *Alabastrum vnguenti vasculum est vitreum capiens libram olei, mensura verò est sextarij dimidij; Alabastrum autem appellatum propter fragilitatem.*

Erat autem vasculum illud alabastrinum plenum vnguento aromatico. Porrò vnguentum, non est illa compositio spissa & tenax, quâ vtuntur chirurgi ad curanda vulnera, sed diuersorum odorum siue liquorum ex odoriferis herbis expressorum commissio, ad irriganda vngendaq; hominum corpora, delitiarum causâ inuenta: de qua Plinius in hæc verba: [r] *Hactenus in odoribus habent pretia silua, erantq; per se mira singula: iuuitq; luxuriam ea omnia miscere, & è cunctis vnum odorem facere. ita reperta sunt vnguenta.*

Vnguentum illud quale.

[r] *Initio lib. 13.*

Sic

Sic ille. Vnguentorum tamen, quædam ſpiſſa, quædam liquida fuiſſe, idem poſtea teſtatur, vbi
f Ibid: c.3. ait *f Sed quoſdam craſſitudo maximè delectat, ſpiſſum appellantes, liniq; iam, non ſolùm perfundi vnguentis gaudent*. Vnguentis primùm Perſas vſos, deinde Græ-
f Ibid: c. 1. & 3. cos, poſtea Romanos, docet idem, *f* quamquam Romani aliquando edixerint, ne quis venderet vnguenta exotica. Judæos denique vnguentis vti ſolere, ex vtriuſq; Teſtamenti libris conſtat; *a* quorum mos patrius erat, vt qui lætitiæ vacare, aut comitiores gratioresq; vellent prodire aliquò, lauarent faciem caputq́ue vngerent; lauarent faciem, quò munda ea & nitida appareret; vngerent caput, quò colorem illius odoremq́ue commendarent nam quod ad

a Ruth, 3. §. 3. *2 Reg: 12. §. 20.* *Matth: 6. §. 17 & 20 §. 7.* *Luc: 7, §, 46.*

colo-

colorem, habes in psalmo. x *Vt exhilaret faciem in oleo*; quod ad odorem: y *Et domus impleta est ex odore vnguenti.* Vt enim erat regio æstuosa, ac frequens proinde hominibus capite sudor, qui & deturpat faciem, & odorem è capillis spirat ingratum; calorem lotione temperabant, odori deturpationique vnctione occurrebant. At qui luctui se dabant, his abstinebant, lotione inquam & vnguentis z vt est eorum qui admodum lugent, & se & cætera omnia præstudio luctus negligere.

x *Psal. 103 §. 15.*

y *Ioan. 12. §. 3.*

z *2. Reg. 14. §. 2.*

Cæterùm non voluptatis modò intuitu, sed & valetudinis, veteres vnguentis vsos fuisse, docet Cælius a. Porrò hîc sermo est de vnguento liquido, seu liquore suauis & salutiferi odo-

a *Lib. 27. ant. lect. c. 26.*

odoris : is huiusmodi est naturæ, vt non commaculet corpora vestesq; quibus infunditur, sed ita dumtaxat irriget, vt gratissimo odore commendet.

De diuersis vnguentorum generibus, quæ in delitijs essent cum agit Clemens [b] Alexandrinus, illud, quod dicitur, *Nardus*, maximi fuisse pretij testatur. Magni verò pretij fuisse munus *Alabastrum vnguenti*, ex eo facilè possumus intelligere, dum scribit Herodotus in Thaliâ Cambysem Regum Persarum omnium potentissimum, dono misisse ad Regem Æthiopum inter alia munera *Alabastrum vnguenti*.

[b] *in Padag. lib: 2, cap. c, 8,*

Quam pretiosum.

Hoc itaque Mariæ vnguentum pretiosum fuisse, vel ex vasis pretio licet conjicere ; vt etiam ex vtriusque pretio, mulierem

rem fuisse, quamuis impudicam, non tamen plebeiam, quippe quæ vnguentis vti consueuerit, quibus corpus & læue redderet & odoratum.

Maria ergò cum attulisset alebastrum vnguenti, & stetisset ad pedes eius retrò, noluit enim se ante faciem IESV statuere, partim ne inverecunda iudicaretur & impudentis audaciæ, partim quòd indignam se haberet quæ veniret in conspectum. Fuit ardori eius coniunctus aliquis pudor: nec enim debet fiducia nos reddere audaces aut inuerecundos. Sic Publicanus, præ verecundâ peccatorum conscientiâ, verebatur oculos ad cælum leuare [c]. *Stetit ad extremas corporis partes*, ait Euthymius, *tamquam extrema; & à tergo, tamquam audaciâ carens.*

Magdalena cur ad pedes IESV stetit.

[c] Luc. 18. v. 13.

rens. Non est dubium, quin ingressa triclinium, & constituta à tergo mox summâ cum humilitate prostrauerit se humi ad pedes IESV, qui vel contingebant terram, vel non perinde altè distabant. Quamuis enim IESVS more veterum in lecto recubuerit circum mensam, tamen *credibile non est*, ait Maldonatus, *tam altum fuisse thorum, vt stans recta mulier pedes oscularetur, & capillis tergeret.* Contra Jansenius: *Coniycere*, inquit, *licet triclinium more veterum in edito fuisse, ita vt stans attigerit pedes Christi.*

IESVS quomodo discubuerit.

Si nostro more, IESVS sumpsisset cibum, in cathedrâ sedens, pedibus sub mensâ latentibus, difficile esset intelligere, quonam modò retrò steterit mulier, & stans pedes fuerit oscula-

ta.

ta. Vnde colligitur more illo antiquorum recubuisse, in lecto edito: in mensam verso capite & vultu, pedibus apparentibus & extensis versus exteriorem partem supra lectum, quos facilè fuerit vngere & osculari. Lege *Hier. Prad in c 23. Ezech.*

Porrò lectorum duo sunt genera, alij cubiculares, in quibus noctu somno, & quieti indulgebatur; alij tricliniares, seu discubitorij, in quibus olim ad mensam, siue ad epulas accumbebatur; hi apud Græcos varia sortiuntur nomina, secundum varias illorum formas, quantitatem & materiam, ex quibus constant; de quâ re Pollux, *d* & Cælius. *e* Latinis lecti dicti sunt, teste Varrone *f*, à legendis herbis, & stramentis, ex quibus fierent, nam & Rex Indorum apud Philostratum *g* in Lectulorum forma duplex.

d Lib. 5. cap. 1.
e lib. 27. c. 25. & lib. 26. c. 29.
f Lib 4.
g Lib. 2.

lecto è stramentis facto accubabat, iuxtaque ipsum ex agnatis eius ad summum quinq;, ceteri sedentes in sellis epulabantur. tori quoque appellantur à tortis herbis, quæ accumbentium humeris supponebantur, vt vult Isidorus *h*, & Seruius *i*:

h Lib. 2. Ethimol.

i Lib. 5. Æneid.

Proximus vt viridante toro consederit herbæ: Vnde & stibadia dicuntur, siue cubilia ex herbis facta, quas Græci στιβάδας stibadas vocant, vel à stipitibus, quasi stipadium, vt placet Isidoro. eius nominis crebra est mentio apud Sidonium, Martialem, & Seruium, qui in illud Virgilij, *k*

k Lib. 1. Æneid.

Aurea composuit sponda,—— stipadia, inquit, *antiqui non habebant, sed stratis tribus lectis epulabantur, vnde & triclinium sterni dicitur*. Vide Isidorum de

varijs

varijs lectorum nominib⁹. *l* Postea ex liguis, deinde ex materiâ arte fabrefacta compositi sunt primum ab Archiâ artifice, vnde & Archaicos dictos volunt Iuniores quidam: alij quasi antiquos, hoc est rudes, inelegantes, impolitos: talis enim veteres initio faciebant, vt archaici sint ex antiquâ consuetudine facti, non secundum posteriorem luxuriam. tales etiam punicani dicti, hoc est, parui, humiles, primum à Cartagine aduecti, vt notat Isidorus. deinde, auctore Plinio, *m* victâ Asiâ, Romam primum adducta triclinia (sic lectos vocat) ærata. postea crescente luxuriâ, ex auro, argento, ebore, & testudinum Indicarum putaminibus in laminas sectis confecti sunt: vt eodem loco, & alibi etiam

l Lib. 2. c. 11.

m Lib. 33. c. 11.

n lib. 9. c. 11.
o Lib. 8.
p Lib. 10.

testatur Plinius, n atq; Varro. o Quocirca Apuleius: p *lectus Indica testudine perlucidus, plumea congerie tumidus, veste serica floridus, &c.* sed hæc recentiora sunt. eamdem stratorum luxuriam Samaritis & Hierosolymitanis exprobrat Amos: q & Regi Persarum tribuit liber Esther, r neq; minor luxus in lectorum materiâ, vel artificio fuit, cum olim, cespitibus, seu herbis pelles hædinæ vix adderentur, vt Ouidius canit:

q 2 & 3. cap.
r cap. 1. §. 6

Quipoterat pelles addere, diues erat.

s Odyss 3 Eusthatius luxum triclinio-rum reprehendit.

Homerus s quoque collocauit eos in pellibus mollibus in arena maris. *Considera* (ait Eusthatius) *heroicam frugalitatem: filius Nestoris Regis peregrinos collocauit non in tapetijs purpureis, aliysq; stragulis sumptuosis, sed in*

arena,

arenà, ac pellibus, mollibus tamen. Eiusmodi puluinis insedit Iudith, cùm ad cænam Holofernis inuitata est. Editio enim Septuaginta sic habet: *t Et accessit ancilla eius & strauit ei ante Holofernem humi pelles quas acceperat à Bagao ad quotidianum vsum suum, vt manducaret accumbens super eas: & ingressa recubuit Iudith.*

t Iudith. 12.

Deinde verò stragula conchiliata, aut purpurea Babylonica lectis insternebantur. Homerus Phœnicem, Aiacem, Vlyssem, exceptos ab Achille tapetibus purpureis memorat. u Et Virgilius inquit: x

Stragula conchiliata, aut purpurea.

u Lib. 1. Æneid.

Conueniunt, stratoq; super discumbitur ostro, Horatius y *rubro* ait, *vbi cocco*

y Lib. 2. Sat. 6.

Tincta super lectos canderet vestis eburnos. Cicero z *Collocari iussi-*

z l. 5. Tuscul.

ri jussit hominem in aureo lecto strato pulcherrimo textili stragulo, magnificis operibus picto.

a Lib. 2. Lucretius:[a]

Nec calidæ citius decedunt corpore febres,
Textilibus si in picturis, ostroq; rubenti
Iacteris, quam si plebeia in veste cubandum.

Iis similia sunt quædam in Prouerbiis, vbi meretrix apprehensum osculata iuuenem sic affatur: *b Intexui funib⁹ lectulum meum, straui tapetibus pictis ex Ægypto.* *b Prou. 7. v. 16.*

Sedendi mos antiquior, quam discumbendi.

Verùm etiam & hoc obiter notandum, accubuisse quidem olim ad mensam conuiuas, sed non omnes, neq; semper, neq; vbiq; gentium eam consuetudinem inductam fuisse; nam antiquior mos fuit sedendi, quã discum-

discumbendi. Etenim legimus de Fratribus Joseph: *c Sederunt coram eo.* Quam historiam repetens Philo sic habet: *d Iussit deinde sedere juxta ætatis ordinem (nondum enim discumbendi mos receptus erat) mirabantur, &c.* Atheneus quoque scripsit apud Homerum: *e Epulantur sedentes.* & iterum: *f Sedent in conuiuio Heroes, non discumbunt.* Idem alibi: *g Tum temporis sedebant cænantes*: & iterum: *h Veteres sedentes cibum cæpisse vel ex illo manifestum* esse dicit, *quod Antolyco, qui ex Ithaca ad diuitem populum venerat, sedendi nutrix cibum apposuit.* & alibi: *Cum igitur sibi persuaderent Deos esse præsentes; moderatè & temperanter dies festos agitabant antiqui. itaq; neq; solebant accumbere, sed epulabantur sedentes.* Catullus

c Gen. 43. v. 33.

d lib. de Ioseph.

e lib. 1.

f lib. 5.

g lib. 11.

h lib. 7.

tullus quoq; ipsos Deos sedentes, non accumbentes facit, dum ait: *i*

i de Pelei & Thetidis nupt.

Qui postquam niueis flexerunt sedibus artus. Quare & apud Homerum frequentem in conuiuijs mentionem inuenimus factam throni, cathedræ, sellæ, quæ sunt instrumenta sedendi. Et Virgilius: *k*

k Æneid. 7.

Hæ sacris sedes epulis: hic ariete cæso
Perpetuis soliti patres considere mensis.

Super quo Seruius: *Perpetuis*, inquit, *hoc est, longis, ad ordinem adæquatis sedentium.* Maiores enim nostri sedentes epulabantur, quem morem habuerunt à Laconibus, & Cretensibus, vt Varro *l* docet. Ouidius idem testatur:

l lib. de pop. Roman. in lib. 5. Last.

Ante

Ante focos olim scamnis considero longis
Mos erat, & mensæ credere ad-esse Deos.

Isidorus quoque ex Varrone testatur[n] apud veteres Romanos non fuisse vsum accumbendi Quod Macrobius[o] in illos Virgilij versus,

Hæc vbi dicta, dapes jubet, & sublata reponi
Pocula, gramineoq; viros locat ipse sedili.

[n] *lib. 20. Etymol.*
[o] *lib. 3. Saturnal. cap: 6.*

non vacat, inquit, quod dixit sedili; nam propria obseruatio est, Herculis sacris operari sedentes. sedentes itaque epulabantur veteres, vtpote frugaliores, & temperantiores. posteà cum mollitie, & luxu inuectus est discubitus: quem habitum corporis compotationib⁹ aptiorem existimarunt, quam sessionem

onem, vt auctor est Plutarchus, dicens: *p Sicut lectulus commodior est bibentibus, quam cathedra, propterea quòd ille corpus cõtinet, omniq; motione vacuum præstat: ita maximè conuenit animam in quiete conseruare.*

p Sympos. 7. 1 proble: 11.

De accubitu in mensis Hebræorum. *q 1 Reg: 16. ℣. 11. 4 Reg: 11. ℣ 2. Cant. 1. ℣. 12. Esth. 1 ℣. 6. & c. 7. ℣. 8. Amos. 3. ℣ 8. & 3. ℣. 12. Rursùm 6. ℣. 4.*

Verùm apud Hebræos vsitatas fuisse accubationes in conuiuijs, ex veteri, & nouo testamento colligere licet, obseruatumq; est in Talmudico tractatu dicto Suca, veterum conuiuia fieri solita cum decubitu, decumbentibus scilicet conuiuis in lectis super latus sinistrũ: non stantibus, aut sedentibus, vt nunc fit. Atque hunc morem vtpote receptissimũ apud gentiles suos obseruauit Christus, tùm cùm inuitatus à Phariſæo *discubuit*, tùm cùm postremam cænam fecit cum duodecim discei-

discipulis, ex quâ discumbendi ratione, *s Mulier quæ erat in Ciuitate peccatrix, vt cognouit, quod* IESVS *accubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti: & stans retro secus pedes eius, lachrymis cæpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat.* Et Ioannes dilectus supra pectus Magistri inter cænandum recubuit, vt qui in sinu eius discumbebat ad mensam, quem habitum corporis atque situm conuiuarum ipse discubitus faciebat; nam necesse erat in singulis lectis anteriorem in prioris sinu recumbere; cùm omnes pectora molliter erecta ad mensam haberent conuersa, reliquum autem corpus, & pedes extensos retro. Alioqui difficile est alterutrum factum, sedente ad mensam Christo, comprobare.

r Matth: 8 ℣ 11. Marc: vlt: ℣ 14. Luc. 22. ℣. 12. 14.

s Id. 7. ℣. 38. & 39.

bare. Sed ad Mariæ noſtræ hiſtoriam reuertamur.

Magdalena lachrymis lauat IESV pedes.

Ea ilicò vt prouolata cæpit, & perrexit deinde *lachrymis rigare pedes eius*, vtpote ad pedes eius inclinata, quod ait Euthymius. Mens eius fuit, lauare & mundare à ſordibus itineris pedes (accumbebat enim diſcalceatus pro more regionis: etenim conuiuæ vt Fuluius Vrſinus in appendice docet lectos aſcenſuri ſoleas deponebant, ne lectos pedibus fædarent, quod probat Ciacconius in libro de Triclinio ex marmoribus antiquis, & autoribus) vt conſueuerat fieri amicis foris aduentantibus. Summo enim peccati & vitæ malè actæ odio, coniunctus fuit ardentiſſimꝰ amor, eius quem credebat peccati expertem non ſolùm, verumetiam

am agnum Dei auferentem peccata mundi: id enim didicerat à Ioanne Baptistâ aut certè auditoribus eius. [t] Amorem autem illum sic voluit declarare, vt non carnalis aut impudicus esse videri posset (quali ipsa hactenus fuerat implicita) sed spiritalis, tendens ad impetrandam remissionem peccatorum cum amicitiâ Dei & Christi. Quare, etiamsi indignam se iudicaret quæ contrectaret pedes eius, tamen amoris magnitudine victa lauare voluit, sed non attulit aquam ex flumine quâ lauaret, verùm ipsa aquam subministrauit ex oculis suis: vt quibus lasciuè ac vanè fuerat abusa, eos mordaci lacrymarum copiâ & multâ suffusione deformitateque castigaret. Flere coram omnibus inter epulas non

[t] Ioan. 1. §. 29.

non erubuit, præ nimio conſequendæ remiſſionis peccatorum deſiderio: non enim pudefieri, irrideri, aut deſpici verebatur, quin potiùs optabat, vt quouis modo, vlciſceretur, in ſe peccatum.

Cauſa lachrymarum quæ?

Cauſa fletus lacrymarumq; eſt triſtitia: quæ autem cauſa ipſi eſſet triſtitiæ, non indicabat illa quidem verbis, ſed vt ſciebat id Chriſto perſpectum eſſe, ita alios æſtimare ſinebat (quod facile poterant) peccatrici publicæ, peccata, cauſam eſſe triſtitiæ, prouolutæ præſertim ad pedes Doctoris illius, qui pœnitentiam & vitæ emendationem palàm omnibus prædicabat & commendabat: *Pœnitentiam agite, &c.* Deflebat igitur peccata ſua triſtis, prout triſtitia orta ex cognitione peccati,

cati, salutaris est admodùm, & perpetua pœnitentiæ comes: quâ eo maiore affectam se declarauit, quò vberiùs fleuit, adeò nimirum largiter, vt quasi tota in lacrymas resoluta, lacrymis rigaret pedes IESV, testata ab hac ratione summum animi ob vitam malè anteactam dolorem, & peccati ex toto corde detestationem.

En mutatur ordo rerum, ait Chrysologus, *pluuiam terræ cælum dat semper: ecce nunc terra rigat cælum: imò super cælos, & vsq; ad ipsum Dominum imber humanarum prosiliit lacrymarũ vt iuxta Psalmistã & de aquis fletuum cantetur illud, ▪ Et aquæ quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini. O quanta vis in lacrymis peccatorum, rigant cælum:*

t Serm. 93

u Psal. 148. v. 4.

lum, terram diluunt, extinguunt gehennam, delent in omne facinus latam diuina promulgatione sententiam.

Magdalena capillis suis IESV pedes tergit.

Maria deinde *capillis capitis sui*, quos maximo hactenùs in pretio habuerat, & varijs modis consueuerat componere, comare, discriminare, calamistrare, tingere, auro intertexere, ad carnis voluptatem, ad pelliciendos viros in amorem sui; illis inquam circumfusis inuoluebat & *tergebat* pedes IESV, illis abstergebat sordes lotorum IESV pedum, suum etiam caput sternens calcandum pedibus IESV pro suppedaneo, vt loquitur S. Cyprianus [x]. Nõ deerant illi lintea quibus ad abstergendum vteretur: verùm vt testaretur, se non tam abluere pedes Christi, quòd ablutione opus

[x] *Ser. de ablut. pedum.*

opus haberent, quàm vt reipsâ declararet, quanti Christum faceret, & quàm odisset anteactã à se vitam, deniq; quàm nollet amplius vti sui corporis membris ad immunditiam, iam suis vsa capillis est ad abstergendos pulueres pedum eius, à cuius clementiâ sperabat, per huiusmodi actus, è corde dolore contrito profectos, peccatorum remissionem obtinere.

Et osculabatur pedes eius lotos Osculatur.
terfosq;, *tamquam eius qui petitionem ipsius adimplere poterat*; inquit Euthymius. Loco osculorum impudicorum, quæ frequentissimè acceperat & dederat incestis amasijs, reposuit casta & humilia oscula pedum IESV, indignam se reputans quæ ad oris osculum admitteretur. Voluit autem ijs conciliare sibi gra-

Oſculum amoris indicium.

gratiam Chriſti Saluatoris (oſculum enim pignus eſt charitatis, & amoris indicium, quod ait Ambroſius,) vt à peccatis liberata, & reconciliata Deo, ſecurè deinde poſſet Deo ſeruire in ſanctitate & iuſtitiâ.

Vngit vnguento.

Et vnguento aromatico, quod ſecum in alabaſtro attulerat, *vngebat*, perfundebat pedes eius, vt non ſolùm à ſordibus abluti ac terſi forent, verumetiam refrigerio & ſuaui odore refecti. Conſuetudo eius regionis erat, vt charos conuiuas, eos præſertim quorum causâ conuiuium inſtructum erat, vnguentis recrearent: verùm in capite ferè effuſo vnguento. Sed hæc indignam ſe ducens quæ caput Chriſti contingeret, id egit in pedibus.

Quare quod hîc vnguento vſa

sa est, fecit, non volens sua-
neolentiâ Christum delinire,
quem sciebat huiusmodi delitijs
non capi, *sed monstrare incen-*
sum erga Christum amorem, quod
it Titus, quòd in Dei & Chri-
sti honorem parata iam esset
contemnere & effundere vn-
guenta omnia quibus anteà ad
couendam impuram in se aliisq;
libidinem, malè vsa fuerat: *quæ*
priùs ei fuerant instrumenta pec-
cati ait Euthimius, ea nunc *fa-*
ciens instrumenta virtutis, &
id pœnitentiæ exercitationem,
satisfactionemque transferens.
Quot ergo in se habuerat oblecta-
menta, tot de se inuenit holocau-
sta habet Gregorius. *Conuertit* *Homil. 33. in Euang.*
ad virtutum numerum, numerum
criminum, vt totum seruiret Deo
in pœnitentiâ, quidquid ex se De-
um contemserat in culpâ. Et hac
qui-

quidem extrinsecus cuncta faciebat (addit Chrysostomus z) *ea verò quæ in secreto mentis agitabat, multo his erant ignitiora, quæ tantummodò Deus ipse cernebat.*

z Homil. 6. in Mat.

CAP. IV.

PHARISAEI TEMERARIUM de IESV, & Mariâ iudicium.

VIdens autem hæc fieri *Pharisæus qui vocauerat eum*, nempè qui inuitauerat IESVM, cogitabat apud se in hanc sententiam: *Hic*, IESVS *si esset Propheta*, vir sanctus, atq; impollutus, & rerum diuinarum conscius, qualis vulgò habetur, *sciret vtiq; quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est*, sciret nimirum quòd sit pecca-

peccatrix publica, notæq; impudicitiæ, ac proinde non sineret se tangi & contrectari ab eâ. Nihil siniſtri suſpicatur hic Pharisæus de IESV, quasi consuetudinis aliquid ipsi intercedat cũ infami hac muliere (credit enim ipsi esse ignotam) neq; obmurmurat quòd sustinuerit IESVS hæc circa se fieri à muliere: mos enim regionis permittebat, vnctiones in conuiuijs fieri, & quidem per mulieres, à quibus magis quàm à viris, ars tota vnguentaria, quippe res mollis & delicata omninoque muliebris, tractabatur. *a* Non tamen pro regionis more, qui delitioſus nimiùm erat, IESVS hæc sustinuit, sed *quia rei causam nosset*, quod ait Euthymius, *vt etiam fides mulieris feruorq; pœnitentiæ apparerent, & vt meritò pro his rebus,*

a 1 Reg. 1. v. 13.

rebus, quod quærebat acciperet.

Pharisæus in quo offensus de IESV siniſtrè iudicet.

Verùm offenditur Phariſæus, quòd IESVM meretricis corporis contactu pollui, itaque eius honori derogari exiſtimaret. Phariſæorum enim error erat, quòd homo ſanctus & iuſtus (quales ipſi Phariſæi ſe eſſe tenebant, de ſuâ ſibi iuſtitiâ & ſanctitate placentes) ſi contingeretur à peccatore noto & infami, pollueretur, fieretq; immundus. Fundamentum erroris fuiſſe videtur, quòd lex declaret eum immundum reddi, quem vir Leproſus, ſeminiflu⁹, aut mulier menſtruata contingat: vnde ducto argumento à minori, colligebant, multo magis eum immundum reddi, qui ab infami peccatore contingeretur; non intelligentes, contactu corporali hominis iuxta legem

legem immundi, non inquinari animam, sed solam carnem, mundandum more præscripto, ad fines certos lege expressos. Quæ lex ita erat obseruanda, vt non extendenda ad alia non expressa lege; vtpote ad corporalem peccatoris contactum, qui nec corpus nec animam alterius inficere per se potest. Hoc ergò errore imbutus hic Pharisæus, si ipsius pedes hæc mulier contrectare voluisset, calcibus eam repulisset, dixissetq;, Recede à me; noli me tangere, quia immundus sum, tu verò peccatrix, non permisissem; ne contactu ipsius inquinaretur. Ergò quia IESVS id permisit; iudicauit eum non esse Prophetam. Non iudicauit contemni abs IESV immunditiam illam quam ipse sibi fingebat: imò verò credi-

C dit

dit IESVM eiusdem secum esse erroneæ illius opinionis, quòd etiam ipse mulierem à se repulisset, si sciuisset quæ & qualis esset, ne contactu polluti corporis contaminaretur: sed iudicauit nesciri à IESV immunditiam quâ mulier laboraret, nesciri esse publicam meretricem; ac proinde IESVM non esse Prophetam, qui nec id sciret, quod publicâ famâ notum esset, quodque scitu esset ipsi necessarium ad vitandam propriam immunditiam. Temerarium fuit hoc iudicium: neque enim prophetarum est omnia nosse, sed ea sola quæ Deus ipsis reuelare dignatur (exemplo est Elisæus *b*) Hoc autem nosse ad vitandam propriam immunditiam, ne contaminaretur prophetæ sanctitas, non fuerat necesse,

Vnde temerarium fuerit Pharisæi iudicium.

b 4. *Reg*: 6. 32.

esse, quia contactus corporalis peccatoris non coinquinat alterius seu animam seu corpus, quod diximus. Atqui manifestè satis declarauerat IESVS, scire qualis mulier esset, & quid petitum veniisset, quando lacrymarum profusione & totius rei nouitate nihil turbatus est. Ceterùm ei etiam concesso, quòd coinquinetur qui sinat se a peccatore contrectari: non iam erat hæc mulier iudicanda peccatrix, quæ tot tantaq; ipso Pharisæo præsente, edebat pœnitentiæ & detestationis vitæ priorisargumenta: ex præsenti enim statu, non ex vitâ anteactâ, iudicium de hominibus ferendum est, peccatores sint necne. Postremò ignorauit hic Pharisæus primarium Christi officium, quod erat peccatores

vocare ad pœnitentiam & in gratiam cum Deo reducere. *Offendiculum passus hæc dicebat*, inquit Euthymius, *ignorans quòd cùm Deus esset, propter peccatores homo factus erat.* Multis ergo modis hic Pharisæus erravit & peccauit.

CAP. V.

IESVS TEMERARIAS Pharisæi cogitationes redarguit, & Mariæ facta collaudat.

HÆc igitur Pharisæo illo cogitante, non exspectat IESVS donec detegat Simon quod animo voluebat, sed occupans respondet ad cogitationē ipsius, eo ipso plùs quàm prophetam, adeoq; Deum se esse declarans, dum occultam ipsius

ipsius cogitationem in medium
profert, quia solius Dei est ar-
cana nosse cordis. Damnat er-
go eum temerarij iudicij, & o-
stendit, non ex ignorantiâ, sed
diuino consilio, admissum à se
mulieris contactum.

Reprehensurus autem di-
cendi facultatem postulat, &
suauiter captat attentionem.
Nam & ipsum sanare cupiebat, ne
gratis apud eum panem comede-
ret, ait Augustinus; [a] *dixit* ergò
ad illum: Simon habeo tibi ali-
quid dicere. At ille modestâ co-
miq; vtens responsione *ait*:
Magister dic.

Dixit ei IESVS: *Duo debitores*
erant cuidam faneratori: vnus
debebat denarios quingentos, &
alius quinquaginta. Non habenti-
bus illis vnde redderent, donauit
vtrisq;. Quis ergo eum plus dili-

IESVS Pharisæum reprehensurus, beneuolentiam captat.

[a] *Homil. 23. inter 50.*

Paradigma proponit.

git? Quia Pharisæus mulierem iudicauerat esse peccatricem, Dominus hoc paradigmate latenter insinuat & ipsum esse peccatorem (quod annotat Theophylactus) & quamuis fortè non tam grauem (nam ipse se pro iusto habebat) huiusmodi tamen qui vt minimùm quinquaginta debeat collata quingentis huius mulieris, neq; magis esse soluendo quàm hanc mulierem, nisi Deus ei debita remittat, id est, sine gratuitâ Dei per Christum misericordiâ, quâ peccata ei gratis condonentur, non posse saluari. *Omnino difficile quidquam est*, inquit Ambrosius, *qui fœneratori huic integrum debitum possit persoluere: væ mihi si non petiero concedi mihi debitum. Sed quis est ille qui amplius debet, nisi cui amplius*

plius creditum est? Vocantur autem peccata debita, & quòd debitores nos faciant reparandæ iniuriæ quâ affecerimus Deum, non solùm non reportantes talenta ipsi à nobis credita cum vsurâ & fructu, verumetiam ne reportantes quidem, vt quæ dilapidauerimus & consumpserimus pro animi nostri libidine.[b]

Peccata cur vocentur debita.

Respondens Simon dixit, quod respondere vtiq; ratio compellebat (ita Augustinus) etsi nondum intelligeret quorsum tenderet parabola: *Æstimo quia is cui plus donauit* creditor, cui remisit denarios quingentos; æquum est enim & dictat ipsa natura, vt plus diligat, qui maiori beneficio fuerit affectus: quamquam sunt qui fallant hac in parte, & etiamsi maximas gratias

[b] *Matth. 25. §. 13.*

Pharisæi responsum.

tias debeant, paruas tamen aut nullas reddant.

Iesvs Phariſæum propriò ore conuincit.

At ille dixit ei laudans reſponſum Phariſæi, tum vt captet eius beneuolentiam reprehenſurus, tum vt fortiùs eum liget & propriâ ſententiâ conuincat: *Rectè iudicaſti*, ita ſit, vt maior remiſſio ſit cauſa maioris in debitore erga creditorem amoris.

Et conuerſus ad mulierem à tergo ad pedes ipſius prouolutam *dixit Simoni* accommodans paradigma propoſito, & Simonem vnum debitorum, mulierem alteram, ſe autem creditorem ſeu fæneratorem eſſe dans intelligendum: *Vides hanc mulierem?* id eſt, conſidera ea quæ mihi fiunt ab hac muliere, quam tu peccatricem iudicas, & confer cum eis quæ

abs

bs te mihi fiunt, qui te iustum rbitraris, & videbis te longè ab â dilectione mei superari.

Intraui in domum tuam abs te nuitatus ad prandium, quod uit aliquod beneuolentiæ argumentum: Sed *aquam pedibus meis non deliſti*, non lauisti nec auari iussisti vel aquâ pedes neos, quamuis foris aduenerim continuè enim IESVS ex vno oco in alium proficiscebatur) quemadmodum hospitibus & peregrinis foris aduenientibus ieri consueuit. Huius enim moris testis est scriptura, non solùm vetus [c] sed & noua. [d]

Hæc autem mulier, in cuius domum non intraui, sed ipsa venit in tuam, *lacrymis rigauit*, madefecit, abluit *pedes meos*. Non aquâ fluminis, quæ paratissima erat, sed lacrymis oculorum

Officia chatitatis hospitibus exhiberi solita.

c Genes. 18. § 4. & 19. § 2.

d 1. Tim. 5. § 10.

Pedum lotio.

lorum ſuorum, fùſis in morem riuuli, quo non alium habebat humorem magis pretioſum. *Aqua facillimo negotio parari poteſt, at tanta lacrymarum profuſio, paratu minimè facilis eſt*, ait Titus.

Et, quo non aliud ſibi pretioſius linteum adferre poterat, *capillis ſuis terſit*, nihili faciens præ amore mei capillorum defædationem, quorum ornatu ſolita maximè fuerat gloriari. Opponuntur lacrymæ aquæ, & capilli linteo: ſignificaturque, quòd Phariſæus ne id quidem, fecerit, quod amicis foris aduentantibus fieri ſolet, & facile factu eſt: hæc autem multis modis ſupergreſſa ſit etiam ea officia, quæ amicis fieri conſueuerant, itaque Phariſæum dilectione longè ſuperauerit.

Alte-

Alterum amoris officium, uod exhiberi ſolet gratis & ex-pectatis hoſpitibus foris ingre-ientibus domum eſt oſculum: uod in more tunc temporis uiſſe, vt in contubernio diſci-ulorum IESV, ita inter alios, el ipſa Iudæ proditio loquitur. llud neglexit Phariſæus erga ESVM, perſuaſus non deberi i ſe JESV tanta beneuolentiæ rgumenta. Dixit ergo ei IESVS: *)ſculum mihi non dediſti: hæc au-em ex quo intrauit, non ceſſauit ſculari* continuè oſculata eſt. *Cum omni timore & reuerentiâ*, quod ait Titus, *oſculata eſt*. Quòd autem non ceſſarit, fuit, quòd oſculis IESVM delinire, & continuare amoris officiũ vo-luerit, donec obtinuiſſet quod vellet. Addit autem *pedes meos*, non os aut faciem, ſed pedes, ab-

Alterum officium oſculum.

abiectissimâ mei corporis partem, tanti me facit. Pedes opponuntur ori, & osculum vnum continuis basijs, significaturq; idem quod superiùs.

Oleo caput meũ non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos.

Tertium amoris officium unctio.

Aliud amoris officium erga charos conuiuas, vt caput eorum oleo vngeretur inter conuiuandum: vnde legitur: *e Parasti in cõspectu meo mensam, &c. Impinguasti in oleo caput meũ, &c* Rursum: *f Vt exhilaret faciem in oleo.* Oleum autem intelligo, liquorem ex oliuis non maturis expressum, non pinguem scilicet; qui recrearet & venustaret caput ac faciem, non impinguaret propriè. Porrò huic oliuarũ liquori si accederet & commisceretur variorum florum herbarumque liquor, fiebat vnguen-

e Psal. 22. ℣. 5.

f Psal. 103. ℣. 15.

Quale oleum ad huiusmodi vnctionem adhibitum.

guentum, quod alij pigmentum dicunt, simplici oleo longè pretiosius. Illud ἔλαιον Euangelista, hoc μύρον vocat; Syrus illud oleum, hoc oleum suauis odoris seu aromaticum. Quo ergo pluris fiebant conuiuæ inuitati, eo pretiosiori liquore inter conuiuandum, iussu hospitis, perfundebantur. Pharisæus ne oleum quidem infundi iussit capiti IESV: mulier oleo aromatico pretiosissimo vnxit pedes IESV. Antithesis est, inter oleum & vnguentum, & inter caput & pedes: pluris illa fecit pedes meos, extremam corporis mei partem, quàm tu caput, honestissimam. Hæc omnia commemorata à IESV officia, ex humanitatis vi & illarum regionum more, amoris atq; affectus maximi argumenta erant, Antithesis.

rant, quibus mulier Phariſæum ſuperauit.

Inuitatio ad conuiuium quale ſignum.

Nam inuitatio ad conuiuium, ex vulgari tantùm conſuetudine aliquando, interdum verò ex faſtu, nonnunquam ex dolo proficiſci poteſt, ſaltem præcipuum dilectionis ſignum non eſt.

Porrò non conqueritur IESVS quòd Phariſæus hæc officia prætermiſiſſet: nec enim capiebatur huiuſmodi delitijs JESVS. *Non vnguentum Dominus*, Ambroſius ait: *ſed charitatem dilexit, fidem ſuſcepit, humilitatem probauit.* Deniq; oſtendit, quanto maiorem amorem erga ipſum creditorem declaraſſet mulier debitrix, quàm ipſe Phariſæus debitor; vnde infert id quod ſequitur.

Propter quod, dico tibi, remittuntur

tuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum: cui autem minus dimittitur, minùs diligit. Præclara laus Mariæ: q. d. Quia ergo insignem erga me amorem declarauit, quia præstantissima dilectionis opera erga me creditorem suum exercuit, quæ non vulgarem solùm, verumetiam summum inter homines amoris modum excederent. id enim, commemoratis hactenus singulis nobilissimæ pœnitentiæ eius actionibus, monstratum est.

Magdalenæ insignis laus à Christo.

Cùm tristis consideraret hæc mulier, peccarorum quibus Deum offenderat multitudinẽ, grauitatem, atq; enormitatem, & videret se soluendo non esse, id est, nihil adferre se posse quo iustitiæ diuinæ satisfaceret, detestata peccatum omne conuertit se ad amandum Deum in Chri-

Christo, confisa, se, humilis fet-
uentisque amoris officijs, flec-
tere posse Deum & Christum
eius ad misericordiam & con-
donationem peccatornm suo-
rum : itaque quia multum de-
bere se nouerat, multùm dile-
xit, vt multam gratiam impe-
Obiectio. traret. Obijcies, charitatem non
consistere cum peccato morta-
li, nec proinde possideri ante
Solutio. remissionem peccatorum. Ve-
rum illud est de charitate illâ
perfectâ, habitu à Deo infuso,
reginâ virtutum, quam definit
g 1. Tim. 1. 6. 5. Apostolus, g profectam *de cor-*
de puro, & conscientiâ bonâ, &
fide non fictâ; sed est amor qui-
dam Dei in omni eo quem pœ-
nitet peccatorum suorum, eti-
am ante acceptam remissio-
nem. Non enim auertitur quis
à vijs suis malis, & ad Deum
conuer-

conuertitur, nisi diligat Deum: nec detestatur ex animo peccatum, nisi amet Deum, qui odit & prohibet peccatum. Huiusmodi fuit amor huius mulieris, cui Christus hîc adscribit remissionem peccatorum, tamquam causæ, non meritoriæ (gratuita est enim omnis peccatorum remissio) sed quæ eam ad accipiendam remissionem peccatorum disposuerit: quemadmodum faciunt etiam, fides, spes veniæ, odium peccati, & cetera pœnitentium opera bona: qualia nec mulieri huic defuerunt, quippe in quâ, præter dilectionem, manifestè eluceant, fides in Christum, detestatio peccatorum, humilis sui ipsius abiectio, fletus immodicus, immensus dolor, castigatio membrorum & profusio rerum

Bona opera pœnitentium.

rum quibus fuerat abusa, capillorum, oris, vnguenti, denique spes veniæ impetrandæ. Sed cur ergo dilectioni, tamquam quæ sola disponat, remissio tribuitur? Duplex est causa, vna, quia ad superiorem parabolam alluditur, in quâ solius dilectionis est mentio: altera, quia dilectio, quâ erga Deum & Christum ferebatur, horum omnium post fidem origo fuit, vnde & circa personam Christi hæc omnia exercuit.

Iesvs cur solius dilectionis faciat mentionem.

Illis autem verbis *remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum* docet Pharisæum Iesvs, se certum prophetam esse, qui perfectè exactèq; nosset, quæ & qualis esset mulier quæ tetigisset eum, nimirum peccatrix, multis peccatis obnoxia, sed peccatorum suorum

Iesvs perfectè novit, qualis hæc esset mulier.

pæni-

pænitens, præteritam vitæ consuetudinem detestata, pænitentiæ solidæ fideique plena, & dilectione feruentissima: ideoque permissa tangere, in ipsius salutem & liberationem à peccatis, quibus anteà fuerat infecta. Non enim tam reprehendit Pharisæum, quòd iudicauerit esse peccatricem, quàm quòd peccatricis amorem & pænitentiam non obseruarit, quibus peccatrix esse desinebat.

Cui autem minus dimittitur, cui pauca peccata remittuntur, qui pauca, quæ ipsi remittantur, peccata habere se putat, is *minus diligit*. Pharisæus notatur Iesv.

Hîc Pharisæum notat Iesvs, tamquam alterum ex duobus illis debitoribus, sed tacitè, adhibitâ tertiâ personâ, pro honore hospitis nō omnino mali.

Di-

Dictum est hoc, inquit S Augustinus, [b] *propter Pharisæum illum, qui vel nulla vel pauca se putabat habere peccata: non enim Dominum inuitaret, nisi aliquantulùm diligeret.* Et posteà: *O Pharisæe, ideò parùm diligis, quia parum tibi dimitti suspicaris: non quia parum tibi dimittitur, sed quia parum putas esse quod dimittatur.* Ex hac igitur opinione accidit, quod sequitur, is *minus diligit.* Longè minùs dilexit Deum in Christo: longè inferiora dilectionis officia exhibuit Christo, etiamsi fecisset ea omnia quæ caris hospitibus fieri consueuerant (quod nō) quàm hæc, persuasus parum opus se habere Christo, & parum Deo obligatum se esse per peccata, qui iustus esset iustèq; viueret. Quòd si peccata sua agnouisset, & cre-

[b] Homil. eis.

& credidisset, IESVM à Deo missum ad mundum Deo reconciliandum, imitatus fuisset huius mulieris feruorem.

CAP. VI.

IESVS MARIAM à peccatis absoluit, & in pace abire permittit.

IAM tempus erat vt afflictam mulierem Dominus consolaretur. Nam quamuis mox Pharisæo dixisset, ipsâ muliere audiente, peccata ipsi dimitti: voluit id tamen, directo ad ipsam sermone, repetere, quò, & certior illa fieret de peccatis sibi remissis, & ipse manifestiùs ostenderet, penes se esse remittendorum peccatorum facultatem. *Dixit* itaque *ad illam: Remit-*

mittuntur ſ. à me *tibi peccata*, tua omnia, nec enim vnum peccatum mortale remittit Deus abſq; alio: aut omnia remittit, aut nullum. neque enim partim amicus Dei fieri quis poteſt, partim remanere inimicus. Obijciat quis, vnico perfectæ contritionis actu omnia peccata dimitti: videri autem, mulierem hanc, etiam antequam ad pedes IESV ſe proieciſſet, tanto ob commiſſa peccata & offenſum Deum dolore ſtimulatam fuiſſe, quanto perfectam contritionem ſit aſſecuta, ac proinde vel tunc peccatorum remiſſionem accepiſſe, non nunc demum quanto Chriſtus eam allocutus: ita vt præteritum potiùs in verbis Chriſti intelligendum ſit: Remiſſa ſunt peccata tua. Reſpondeo, fieri potuiſſe, vt

Vnum peccatum mortale ſine alio non remittitur.

Obiectio.

Solutio.

vt tunc ab initio, quo venit ad Chriſtum fide inſtructa & pœnitentiâ peccatorum ſuorum vehementer commota, occultò Dei Chriſtiſque iudicio peccata ipſi fuerint remiſſa: ſed quia ipſa id ignorauit, fecit autem conſequenter ac continuè ea omnia quæ dicta ſunt contritionis dilectioniſque officia, eo fine, vt remiſſionem peccatorum conſequeretur; eis demum peractis, & ſententiâ ab IESV pronuntiatâ, cenſentur ipſi remitti peccata. propter continuationem enim, totum vnum pœnitentiæ opus, naturâ prius remiſſione; & propter breuitatem, totum vnum præſens tempus reputatur. Vt præteream, quòd ſi ab initio operis, peccata ei remiſſa fuerint, quod ad culpam & pœnam æternam: eo perdu-

perdurante, & se consummante, longè plenior & consummatior confirmatiorque remissio euaserit, ita vt saltem temporariam pœnam Christus his suis verbis remiserit; æternæ verò, quam priùs absque verbis remiserat, remissionem, ratam abs se haberi declarauerit.

His ita peractis, Simon perstrictum se sentiens, & animi sui ratiocinationes refutatas, turbatior tacuit, nec ad ea quæ de cetero IESVS dixit perinde attendit. Reliqui verò conuiuæ, qui non ita clarè intellexerant, quò vergeret illa IESV disceptatio, *cæperunt dicere* & ipsi *intra se* id est, in animis suis (non audebant verbis agere aduersus IESVM: tantæ erat is auctoritatis) *Quis est hic, qui* tantam præsumit auctoritatem, vt *etiam*

Ceteri conuiuæ IESV verbis offensi.

pecca-

ccata dimittat? Illud *etiam* in-
icat & ipsos offensos fuisse illâ
eccatricis contrectatione, ,
uod is qui iustus haberi vellet
: propheta, non vereretur pol-
itionem à peccatricis contа-
tu contrahendam. Dicunt er-
o, Quis est hic, quia omnia si-
i putat licere, non tantùm
onuersationem cum peccato-
ibus, verùm etiam auctorita-
em remittendorum peccato-
um, quæ solius est Dei? Alij
llud *etiam* referunt ad miracu-
a Christi, quasi dicant, Non
olùm admiranda patrat, sed &
eccata dimittit: neque id vt
ropheta, sed vt ipse fænerator
seu creditor, aduersus quem
peccata commissa sint, vt pri-
marius auctor remissionis, id
est, vt Deus. Admirantur, sed
non credunt, prout debuerant,

consíderantes diuina eius opera: non tamen dicunt, *Blasphemat*, quemadmodum illi, [a] fere ægrè ferunt.

[a] *Matth. 9. v. 3. Luc. 5. v. 21.*

Dixit autem IESVS *ad mulierem* ipsius adhuc vestigijs adhærentem, & exspectantem audire quid facere iuberetur: *Fides tua te saluam fecit: vade in pace.*

Maria in pace dimittitur à IESV.

Cùm nollet IESVS pluribus adstruere suam remittendi peccata auctoritatem (quemadmodum aliàs fecerat [b]) quasi temperauit sermonem suum, & peccatorum remissionem, quã ipse vis⁹ fuerat concedere (prout concesserat) adscripsit fidei mulieris, vt susurros illorum compesceret, non aliud interim quàm prius dicens. *Comprimens murmur illorum*, ait Theophylactus, *vt ne maiori inuidiâ capiantur.* & paulò pòst: *Hoc dixit, tum*

[b] *Luc. 5. v. 23.*

n quò inuidiam eorum minu-
t, tùm quò & illos ad creden-
n induceret. Fidem enim mu-
ris, opponit incredulitati
huiuarum præsentium, no-
s, eos quòd huiusmodi ex-
plo in propriam ipsorum sa-
em non vterentur. Fidem
em intelligit, *quâ illa credi-*
, ipsum habere potestatem re-
ttendi peccata, quod ait Titus:
pterea subiungit: *te saluam*
t à peccatis tuis, causa fuit vt
ic peccatorum remissionem
salutem animæ obtineres, ita
iam sis Deo reconciliata &
ta, & in statu vitæ salutari
nstituta. Paulò antè adscri-
rat remissionem peccatorũ
ctioni, nunc attribuit fidei:
s enim radix est & funda-
ntum salutis, quâ cognosci-
is qui saluare nos valet & à

Iesvs Mariæ fidei peccatorum remissionem adscribit.

peccatis liberare: quem ita co
nitum, ſpes & dilectio faciu
vt amemus, & varijs officijs n
bis conciliemus, vt in gratia
nos recipiat. nec ſpem enim
duciamq; hîc defuiſſe, claru
eſt:

Addit poſtremò: *Vade in p*
ce; quæ forma eſt dimitten
cum benedictione, Abi felic
ter; intelligenda conſentaneè
quod præceſſit, & hoc quide
loco, Abi animo tranquillo, ſ
e Marc. 5. cura de dimiſſis tibi peccatis
v. 34. Ita mulierem ad melioris vi
ſtudium animauit, vtpote c
nihil iam obſtaret præter
conſuetudo, quo minùs obl
à Deo pace frueretur, iuxta
lud Apoſtoli: *Iuſtificati ex fi*
d Rom. 5. *pacem habeamus ad Deum d.*
v. 1. Totam hanc hiſtoriam ver
elegantiſſimis complexus eſt

Cyp

yprianus, alloquens ipſum ominum: e *Hoc*, inquit, *in ulierepeccatrice aliquando paſs es, Domine, nec dedignatus es menſa ſolenni multis conueſcenbus infamis perſonæ ſuſcipere faulatum: cuius deuotio vſa eſt i capillis pro linteo, oculis pro cano, lachrymis pro baptiſmo; tegit, lauit, & vnxit vnguento. Iactata intrinſecus anima prorium in ſancta ſanguinem intulit, ngula ſuum præbuere miniſteria: cor contritum erupit in labrymas, fides lauit, charitas vnit. Hæc multa in conſpectu tuo ngerens holocauſta, de fonte corſis fletus hauſit, quos protulit: de ænitentiæ pyxide vnguenta, quæ btulit, caputq; pro ſuppedaneo rauit: crinibus circumfuſis pedes acros inuoluit, & terſit. Nihil ſibi le ſe retinens, totum ſe tibi deuo-*

e *Lib de Card oper. Chriſti. de abut. ped.*

uit, & tu affectum potiùs, quam factum attendens, vngebas vngentem: abluebas lauantem, tergebas intrinsecus pœnitentem.

Cap. VII.

MARIA IESV ITI neris comes, & necessariorum administra.

POstquam igitur Maria, v mox vidimus, ita ex lebet in aurtam phialam, & e: vasè contumeliæ in vas gratiæ translata est, multa etiã simul in hac vitæ mutatione in eâ cõmutata sunt. Pro impudicitiâ enim castitas, pro impudentiâ pudor pro delitijs lacrymæ, pro amore seculi contemptus seculi, pro voluptatibus carnis deliciæ spiritus,

Mira Magdalenæ mutatio.

ritus, pro omni denique impu-
ritate & flagitio, summa puri-
as & sanctitas repentè consecu-
ta est. Vnde si quis hanc tantam
vitæ mutationem attendere ve-
lit, meritò exclamare possit;
Quò tam subitò discessisti lasciuia? quò abijsti impudentia? quò turpitudo discessisti? quò denique tot vitia imis huius fæminæ visceribus infixa, & diuturnâ peccandi consuetudine confirmata diffugistis, quorum nullæ reliquiæ, nulla pristina vestigia in eâ mente relicta sunt? Nimirùm à facie Domini vitia cuncta subitò fugata sunt.

Quare non ampliùs mirum est, quòd illa quæ hactenùs spreto rationis iudicio, & diuinæ legis imperio, pecudum more cupiditatibus, & affectibus seruiebat, & eorum cæco im-

pulsu vitam instituebat, modò proculcatâ cupiditate, & compressis carnis affectibus, rationis consilium, & diuinæ legis imperium in omni actione sectetur; atque velut ex pecude in hominem transformata, imperium in se ipsum, (quod est totius mundi imperio glorioſius) diuino munere nacta sit, vt iam paupertas sit ei dulcis, crux amabilis, dedecus propter Deum glorioſum, piæ lacrymæ dulces, atque (vt verbis D. Hieronymi vtar) oppidum ei carcer, solitudo paradisus sit; contrà verò opulentia illi sit onerosa, voluptates amaræ, honores molesti atque graues, ac demum cætera omnia quæ apud alios in pretio sunt, contemnat ac pro nihilo ducat. Hoc quis non videat mirabile diuinæ potentiæ

tentiæ opus esse? Vidit hoc certè, quamuis ethnicus Seneca, qui ait: *Si hominem videris interritum periculis, intactum cupiditatibus, inter aduersa felicem, in medijs tempestatibus placidum, ex superiori loco homines videntem, ex æquo Deos, non subit te veneratio eius? Non dices; ista res maior est altiorq; quàm vt credi similis huic in quo est corpusculo possit? Vis istuc diuina descendit; animum excellentem, moderatum, omnia tamquam minora transeuntem, quidquid timemus optamusq; ridentem cælestis potentia agitat. Non potest res tanta sine adminiculo numinis stare.* Hæc ille. Nec mirum; quid enim glorioſius, quàm affectibus & libidinibus imperare, carnem ſpiritui ſubijcere, & principatum ſui tenere; cupiditatis tyranni-

rannidem atque ferociam comprimere, & secundum diuinæ legis præscriptionem vitæ clauum moderari?

Hæc omnia in Mariâ Magdalenâ clarissimè eluxerunt: postquam enim à vitijs & peccatis auersa & ad Christum toto corde conuersa fuit, tanto eum postea amore prosecuta est, vt ab eo diuelli non potuerit, sed peragrantem Galilææ oppida & castella singula sequuta sit ipsum, posthabitis negotijs domesticis, cum inuidâ multisq; incommodis, per diuersa incertaque hospitia, sequi malens, quàm delicatâ quiete in proprijs ædibus frui. Cùmq; diues esset, curabat & suppeditabat vitæ necessaria pauperib⁹ Christo atque Apostolis eius, vrbes & rura peragrantibus, spargendæ

Maria Iesv comes.

dæ euangelicæ sementis gratia.

Cur Iesvs eam in suo comitatu permiserit.

Idcircò autem Iesvs permisit Magdalenam & alias quasdam religiosas mulieres præsertim eas, quas, vel liberauerat à spiritibus malis, vel à morbis sanarat, locupletes proinde testes virtutis suæ in suo comitatu esse, ne quid deesset rerum necessariarum assiduè vagis & vni negotio intentis: maluit enim ab his iam fidei domesticis sumptum accipere, quàm oneri esse, ipse tanto comitatus discipulorum numero, eis ad quos accedebat extraneis, quin potiùs vt prorsus gratis illis, & euangelium annunciaret, & beneficia conferret. Porrò istæ, quum vltrò se (non dubium est) ad hanc rem obtulissent, perlibenter id faciebant à Saluatore admissæ, inprimis quò animi

gratitudinem declararent ſuam, erga eum à quo beneficia, & ſpiritalia, & corporalia, ingentia acceperant; tum quò frui poſſent concionibus ipſius diuiniſſimis & ſuauiſſimâ præſentiâ; deniq; quo ipſarum præſentiâ magis celebraretur Chriſti gloria. Nam vt erant ipſæ celebres, & celebre vnde Chriſti beneficio liberatæ eſſent, nõ dubium eſt quin digito paſſim monſtratæ fuerint, ac Chriſti præſentia inſtar theatri fuerit ad eas ſpectandas. Cæterùm pudorem ſuum palàm exſtare non recuſarunt, ne ſuppreſſa Chriſti gratia lateret: quin potiùs vt illuſtre eſſet huius ſpectaculum, libenter humiliari ſuſtinuerunt, liberatorem ſuum, contemptâ mundi ignominiâ, ſequentes.

CAP.

Præfertur MARIÆ studium MARTHÆ
C. Officiosæ
Optima PARS eius semper & VNA fuit

CAP. VIII.

MARIA QVO AFFECTU IESV doctrinam audierit, & propterea à Marthâ accusata fuerit.

POsthæc è Galilæâ discedentem, & in Iudæam proficiscentem IESVM, eousq; comitata est Magdalena, fecit eum etiam Marthæ & Lazaro familiarem, vt sicut dicit Lucas, [a] Martha eum exciperet in domum suam. Nam dùm iter facerent IESVS eiusq; Apostoli, per castella & loca Iudææ, ad quæ præmiserat electos discipulos LXX. duos [b] ipse intrauit Bethaniam castellum Mariæ & Marthæ: [c] vbi illum Martha magno cum amore & honore susce-

[a] *Cap. 10. §. 38.*

[b] *Ibid. §. 1.*

[c] *Ioan. 11. §. 1.*

Martha IESVM domo excipit.

suscepit hospitio in domum suam, *quemadmodum suscipi solent peregrini*, ait Augustinus, [d] quamquam in propria venientem: *suscepit enim famula Dominum, ægra saluatorem, creatura creatorem, spiritu pascenda in carne pascendum, dignatione non conditione.* Felix tanto hospite mulier, eò commendanda magis hospitalitatis virtute, quòd Iudæorum primatibus exosum, immeritò sanè, susciperet.

[d] *Ser. 26. de Ver. Dom.*

Porro Marthæ soror erat Maria nostra, cognomine Magdalena: Ambæ, *non solùm carne, sed & religione germanæ, ambæ Domino cohæserunt, ambæ Domino in carne præsenti concorditer seruierunt*, quod ait Augustinus [e]. Cur ergo vocata est domus Marthæ potiùs quàm Mariæ? Fortè, ex diuisâ hereditate

[e] *Loc. cit.*

ditate, domus Marthæ erat, non Mariæ; aut si vtriusque, Martha familiam alebat, non Maria, siue quia Matha esset senior natu, siue quia Maria iam diu à Iudæâ abfuisset, secuta IESVM ex Galilæâ, quod diximus.

Maria igitur *sedens secus pedes Domini audiebat verbũ*, sermonem, doctrinam *illius*, loquentis de regno Dei, IESVS enim, ne domi quidem alienæ hospitio exceptus, intermittebat docendi studium: verùm interea dum prandium pararetur, ne quid temporis elaberetur sine fructu, docebat & euangelizabat, ediſſerens Mariæ, Apostolis, alijsque qui præsentes esse poterant, quæ ad animarum salutem conferrent: priùs hospites suos spiritaliter pascens, quàm ab ipsis corporaliter pascere-

Maria doctrinæ IESV attendit.

ſceretur. Docemur igitur, Chriſtum, quocumq; acceſſit, non ſibi priuatim fuiſſe deditum, nec ſua commoda, quietem, aut lautitias ſectatum, ſed hoc vnum ei ſtudium fuiſſe, vt alijs prodeſſet, vtq; munus obiret ſibi à Patre iniunctum. Quare Chryſoſtomus in catenam adductus ait: *Exemplo ſuo docet diſcipulos, qualiter ſe gerere debeant in domibus eorum qui eos ſuſcipiunt: vt ſcilicet applicantes ad domum, non reſupini quieſcant, ſed potius repleant ſuſcipientes ſacris & diuinis doctrinis.*

Cur ad pedes IESV Maria ſederit.

Audiebat autem Maria verbum illius, non quouis modo, non ſtans & quaſi aliud agens, non genu flexa & ſubinde ad negotia domeſtica exſiliens, ſed ſedens, id eſt, compoſito ad hoc corpore totam ſe audiendo diſcendo-

scendoq; addicens, huic vni rei incumbens, alijs omnibus ex professo neglectis. Sessione significatur quies, attentio, diligentia, & assiduitas. At sedere ad pedes, habitus est, non tantùm mulieris, sed & discipulæ, & humilitatem atque erga docentem reuerentiam declarat: quæ duo, quies inquam & humilitas, ad contemplationem necessaria sunt. *Quanto humiliùs ad pedes sedebat*, inquit Augustinus, *tanto ampliùs capiebat: confluit enim aqua ad humilitatem conuallis, denatat de tumoribus collis.* Delectabatur ergo Maria dulcedine diuinarum rerum quæ abs IESV docebantur, vsq; adeò vt præ his cetera omnia negligenda putaret. Maria quieta sedebat, vni intenta verbo IESV: contrà Martha

f Ser. 27. de Ver. Dom.

fata-

Marthæ & Mariæ diuersa studia, ad eundem finem spectantia.

satagebat, distrahebatur, occupabatur negotiosa, & tanto excepto hospite solicita erat, quâ ratione illi satisfaceret, & pro dignitate tractaret. *Præparabat quæ necessaria erant ad conuiuium*, ait Euthymius, *& ad obsequium eius ac discipulorum*. Cupiebat ex officiosâ charitate, Domino & ijs quos secum Dominus adduxerat, diligenter omnia, affatim, & accuratè administrare; ideò distrahebatur circa varia ministeria, dum assiduè oporteret eam interesse ijs quæ præparabantur, & manus admouere, vt rectè essent curata omnia. Et sanè ipsius tamquam matrisfamilias & hospitis, magis quàm sororis, intererat, curare vt nihil deesset hospiti dignè excipiendo: sed interim distinebatur & ab audiendo verbo

bo IESV auocabatur. Par vtrique sorori pietas in IESVM, sed diuersa pietatis functio erat: eadem pietas, duas sorores in IESV diligendo concordes, ad res diuersas agebat.

Maria, vacans à domesticis externisq; negotijs, assidebat ad pedes IESV, audiens eum res diuinas salutaresq; docentem. Contrà Martha solicita de apparatu conuiuij, huc illuc cursitabat, satagens ne quid deesset, quod ad IESVM pro dignitate excipiendum pertineret. Eadem igitur erga Dominum charitas, Mariam non patiebatur ab eius pedibus diuelli, Marthamverò sursum ac deorsum agebat, nec patiebatur Domino adhærere.

Martha igitur, non laboris pertæsa, sed cùm non sufficeret omni-

omnibus obeundis, quæ ipsi apparanda videbantur : tandem venit eò vbi docebat Dominus, & adstans interpellansque sermonem eius, dixit ei, propositâ tamquam coram iudice de sorore querelâ : *Domine non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare?* Non incusat IESVM, quod quidam annotant, sed excitat ad sui respectum q. d. non te miseret mei, oppressæ negotijs ? non dubito quin ita. Sciebat Martha quòd IESVS non teneretur id curare : sed confidenter loquitur, fiduciam ei suggerente, tum labore pro IESV assumpto, tum humanitate IESV.

Martha Mariam accusat.

Videbatur ei à ratione alienum, quòd Maria ipsam desereret, nec ob Christi honorem & hospitum multitudinem sororí

rori suam operam offerret. Accusat itaque sororem, & subiungit: *Dic ergo illi vt me adiuuet.* Non iubet ipsa aut rogat sororem, partim quia sciebat eam sacræ doctrinæ ita addictam, vt nisi iubente IESV non posset auelli, partim quia cùm sedere ad pedes IESV docentis videretur, nixa permissu & auctoritate IESV, non deceret, vt præterito IESV, citra veniam IESV, ipsa sororem ab audiendo IESV auocaret. Quare Euthymius, *dic*, inquit, *tamquam præceptor, vt me adiuuet*, vt mihi vicissim opituletur, *vt vnà mecum ministerio manum admoueat*, ait idem Euthymius. est enim metaphora ab oneribus sumpta, uæ vtrimq; admotis manibus ubleuantur. *Adiuuet* autem, on in inferioribus ministerijs obeun-

obeundis, quæ per ancillas fiebant; sed in curâ gerendâ: cùm enim ipsa sola non sufficeret omnibus intendere, vult sororem obire partem curæ. Mota, quod diximus, pio erga Dominum IESVM affectu, cupiebat sumptuosum conuiuiũ & multis abundans ferculis, lautè & mundè parare: id autem curam adfert & solicitudinem, exercetq; totam domum; ita vt domesticorum nullus subtrahere se possit & grauioribus occupari. Cupit ergò Martha, vt surgat Maria, & relicto ad tempus studio audiendi diuina, secum incumbat eis quæ in præsentiarum iudicat necessaria: non quòd præferat ministrationem familiarem studio verbi, sed quòd hoc tempore iudicet magis necessariam, arbitrata iudi-

udicium IESV suo consonum
ore.

CAP. IX.

IESVS MARIAE PATROCINATVR, eiusq; otium Martha negotio præfert.

MARIA *causam suam iudici maluit committere, nec in respondendo voluit laborare*, ait Augustinus, [a] quod
epè aliàs faciens, semper IESVM patronum sensit; [b] id eim meruit suâ taciturnitate, uam ex historiâ euangelicâ liet obseruare: quæ proprietas os decet, qui contemplationis erum diuinarum studium protentur.

Et respondens dixit illi Dominus: Martha Martha (repetitio

[a] *Serm. 26.*
[b] *Luc. 7. §. 40. Matth. 26. §. 10.*
Maria taciturna ex Euangelio comprobatur.

nominis, est indicium dilectionis, aut fortè mouendæ intentionis, vt audiret attentiùs, verba sunt D. Augustini: [c] & coniungenda est vtraq; causa) *solicita es, & turbaris erga plurima*: Turbatio autem fuit, non reprehensibilis & & immoderata, sed qualis consequi solet solicitudinem de rebus pluribus vno tempore curandis. Varia enim parari iubebat genera ferculorum, & variam supellectilem disponebat, vt conuiuium exhiberet tanto hospite dignum. Reuocat IESVS Martham à tantâ distractione, admonetq; deponere solicitudinem non necessariam, quia multis non sit opus, quod sequitur. *Porrò vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ.*

[c] *Ser 26. de Verb. Dom.*

IESVS Martham nimiæ solicitudinis arguit.

Ratio-

Rationem addit IESVS, cur dehortetur Martham à multis tantâ curâ parandis, quia vno solo sit opus, quia vnum ferculum, vnum cibi genus, sufficiat, ad vsum vitæ vnicum sufficiat ferculum. Basilius *d* citans hunc locum: *Paucis*, inquit, *vel vno est opus, paucis quidem ad apparatum videlicet, vno verò scopo vt necessitas expleatur.* Similiter Titus: *Non eâ de causâ huc venimus, vt superuacaneis escis ventrem impleamus, natura enim paucis contenta est.* Deniq; Theophylactus. *Vno nobis opus est, nempe vt comedamus qualitercunq; non varijs.* Non requirebat IESVS lautam & opiparam mensam, vulgari ac parabili cibo contentus erat, quæ eius erat temperantia. Sed quamuis apparatio plurium ne-

d quæst. 20. sus. capit.

IESV temperantia in cibo.

ceſſaria non eſſet, neq; IESVS illam requireret: non tamen ingratum fuit IESV varium miniſterium Marthæ, neq; peccauit illa ob ſuperfluum apparatum aut ſolicitudinis exceſſum: quia licet IESVS non requireret varium cibum, quippe non neceſſarium: rectè tamen Martha illum parauit & obtulit IESV, vt ſuam erga IESVM fidem, charitatemq; declararet, & oſtenderet quanti faceret IESVM, quem agnoſcebat ſe pro dignitate excipere non poſſe, quantumcumq; conaretur accuratè. Multa in ſe ipſis conſiderata parui aut nullius ſiunt abs IESV: quæ tamen ex fide pioq; affectu oblata, gratiſſima ſunt. exemplo ſit vnguentum illud pretioſum, ſub mortem IESV à Mariâ Marthæ ſorore in caput re-

cum-

cumbentis effusum. [e] In hanc sententiam scribit Augustinus: *f Putamus reprehensum esse ministerium Marthæ, quam cura hospitalitatis occupauerat, quæ ipsum Dominum hospitio receperat? quomodo rectè reprehendebatur, quæ tanto hospite lætabatur?* In eamdem sententiam Ambrosius: *Nec Martha*, inquit, *in bono ministerio reprehenditur, sed Maria quòd meliorem partem sibi elegerit antefertur.* Sed & Cassianus: [g] *Cùm laboraret Martha, piâ solicitudine ac dispensatione distenta, solam se videns ad tantum ministerium non posse sufficere, adiutorium sororis à Domino postulabat, dicens: Non est tibi curæ, &c. vtiq; non ad vile opus, sed ad laudabile eam ministerium prouocabat. Et tamen quid audit, &c.*

[e] *Matth. 26. v. 7.*
[f] *Ser. 27. de Verb. Dom.*
[g] *Collat. 1. c. 8.*

IESVS Mariæ otium Marthæ negotio præfert.

Quid ergo est quod IESVS vult Marthæ dictum, si nihil in eâ reprehendit? facientem benè, admonet vt meliora sequatur, aut si non admonet vt sequatur, certè ponit ei meliora ob oculos, sororis quietem præferens ipsius occupationi, ijs quæ sequuntur verbis: *Maria optimam partem elegit, &c. Non opus reprehendit* (ait iterùm Augustinus *sed munus distinxit*; & Beda: *Ecce pars Marthæ non reprehenditur, sed Mariæ laudatur.* Quare non priùs quidquam Marthæ IESVS dixit, quàm illa conaretur sororem à studio diuini verbi ad corporis ministerium abstrahere: quod si illa animo ad varia apparanda distracto peccasset, suâ illam IESVS sponte eius rei admonuisset, & vt se sorori ad audiendum verbum iungeret iussisset.

Vocat autem *partem*, functionem, studium, genus vitæ; nimirum, discendis & contemplandis rebus diuinis incumbere: quâ phrasi legimus: *h Portio mea, Domine, custodire legem tuam.* Atq; omnino frequens est in sacris literis, vt quod alicui obtigit continuè possidendum, agendum, tolerandum, electione, sorte, aut merito, pars eius dicatur, metaphorâ sumptâ à partitione hæreditatis. *i Pars mea Dominus.* item: *k Hæc est pars hominis impij &c.* Alibi: *l Ignis, & sulphur, & spiritus, procellarum, pars calicis eorum.* Rursum: *m Dominus pars hereditatis meæ.*

Quid *pars* nomine intelligatur.

h Psal. 118 §. 57.

i Thren. 3. §. 24.

k Iob 27. §. 13.

l Psal. 10. §. 7.

m Psal. 15. §. 5.

Additur etiam adiectiuum, quod Interpres plenissimè expressit *optimam.* Et quia certum est hîc fieri comparationem,

conferriq; inter se functionem Mariæ & functionem Marthæ (hoc enim veteres omnes intelligunt) hinc fit, vt D. Augustinus n Ambrosius, o & Cassianus, p non solùm intelligant, verumetiam aliquoties legant, *meliorem*. Ambrosij verba mox dedimus. Augustini sunt: *Non tu malam, sed illa meliorem.* Cassiani hæc: *Cùm Martha sancto vtiq; ministerio deseruiret, vtpote quæ ipsi Domino eiusq; discipulis ministraret: & Maria spiritali tantummodò intenta doctrinæ,* IESV *pedibus inhæreret, præfertur tamen à Domino, quòd meliorem elegerit partem.* Confert igitur inter se Christus, partem Mariæ & partē Marthæ, vt pudere debeat Caluinum, qui negat vllam hîc fieri comparationem: nam & partis nomen nónne ad aliquid

n *Ser. 26. & 27. de Ver. Dom.*
o *In commentario.*
p *Collat. 1. c. 8.*

Comparatio partis Mariæ & Marthæ.

quid est? & nónne quæstio hìe
nter Martham & Mariam, v-
rùm Maria, relictâ suâ parte,
ranſire debeat ad partem Mar-
hæ, nécne? Quare iterùm Caſ-
ianus illo loco: *Nam cùm di-
it, Maria bonam partem elegit,
icet taceat de Marthâ, & nequa-
uam eam vituperare videatur,
llam tamen laudans, hanc inferi-
rem esse pronuntiat.* In eumdem
ensum interpretantur Græci,
Titus, Theophylactus, Euthy-
mius, vt Marthæ quidem virtus
magna & bona, Mariæ autem
maior & excellentior fuerit: ex
quibus Euthymij verba sunt:
*Bonam partem dixit, non quòd
altera mala sit, sed bonam hìc ap-
pellat eam quæ melior est. Potest
enim fieri, vt duorum bonorum,
vnum alterum melius sit.*

Sed quænam est pars illa o-

Quæ Mariæ pars optima fuerit.

ptima Mariæ? Sedere ad pedes IESV & audire verbum eius, discendis & contemplandis rebus diuinis incumbere (quod diximus) Deo vacare, & posthabitis ijs quæ corporis sunt, totum in ijs esse quæ sunt animi. Hæc est pars optima; pars inquam est, eorum qui eum elegerint sibi in hac vitâ sectandam, quibus decretum est huic præcipuè rei in hac mortali vitâ incumbere. Nam qui aliquando dumtaxat, id faciat, is non habeat hoc sibi pro parte Quâ ob rem sequitur hîc verbum *elegit*, quo significatur, Mariam Magdalenam, non solùm nunc intentam esse Dei verbo, verumetiam id præcipuè functionis sibi delegisse in vitâ obeundum. Atq; hæc est pars optima, id est, longè melior eâ ad quam

Mar-

Martha Mariam conabatur atrahere, curare inquam ea quæ acerent ad reficienda corpora ESV eiuſq; diſcipulorum, meor hoſpitalitate & corporali auperum curâ, quanto ſpiritae præſtat corporali, & cibus nentis cibo ventris. *Per alterum nim corpus paſcitur, per alterum nima viuificatur*, ait Theophyactus. *Bonum eſt hoſpitalem eſ-*, inquit Euthymius, *verùm nelius Deo aſſidere: illud enim orporale eſt, hoc autem ſpirituale.* Hanc autem partem minùs bonam, an ſibi præcipuè in vitâ ſectandam elegerit Martha, non expreſsè dicit IESVS (poſſit enim intelligi, Mariæ pars melior dici eâ cui Martha in præſentiarum incumbit) videtur tamen id inſinuare, præſertim cùm & poſteà diſertè de Mar-

Martha corporalibus præcipuè officijs dedita fuit.

thâ, legamus, quòd accumbente IESV ministrauerit, q ita vt videatur hæc eius fuisse propensio adeoq; vocatio, sacris pijsq; functionibus sed corporalibus atq; exterioribus vacare. *Vnusquisq; enim proprium donum habet à Deo, alius quidem sic, alius verò sicar* r

q Ioan. 12. §. 2.

r 1. Cor. 7. §. 7.

Præfert ergo IESVS functionem Mariæ functioni Marthæ, & otium illius huius negotio, malens, attentè, ceteris postpositis rebus, audiri, quàm lautis cibis tractari. quasi dicat: Non est quòd queraris de sorore, quòd te solam relinquat ministrare, quasi minùs benefaciat in eo, quòd tecum non curet ea quæ ad corporis mei refectionem faciant: scito optimam partem ab ipsâ electam. Ministerium tuum, bonum est quidem

Paraphrasis verborum IESV.

dem & mihi gratum: sed quod illa agit, melius est, mihiq; gratius. Iudicium longè ab humano diuersum. Dicerent homines, Martham pro Christo laborare, nimirum prandium Christo esurienti parare; Mariam verò, Christo neglecto, sibi vacare & quieti suæ. Atqui testatur Dominus, functionem Mariæ, cui non vsque adeò curæ erat quasi conuiuio Dominus exciperetur, meliorem esse sibiq; gratiorem, gratius sibi esse eorum studium qui auidi sunt ad audiendum verbũ Dei, quàm eorum qui soliciti sunt vt ipsum corporaliter pascant; scilicet ab illis quàm ab his, suauius se refici & ampliùs honorari.

Quæ proinde *non auferetur ab eâ.* quæ cùm sit optima, & melior

lior tuâ, non auferetur ab eâ, vt ad tuam transeat; *non auferetur*, me auctore, neq; nunc neq; in secula. Addicat se audiendo & meditando verbo Dei rebusq; cælestibus, quantum velit & possit hac in mortali vitâ (vbi interdum seruire oportet corporis necessitati) ego nuncquã ei præcipiam, vt hac functione relictâ, transeat in partem solicitudinis tuæ, parantis mihi conuiuium splendidum; numquam iubebo, vt spiritali hac functione intermissâ, te adiuuet in his rebus externis minusque necessarijs: quòd si etiam necessariæ sint, erunt alij qui eis incumbent. Nec enim id quod est melius & perfectius, dimittendum ob id quod minùs bonum minusque perfectum est. Immò si perseueret tua soror,

to-

totam vitam diuinarum rerum contemplationi impendere, ne vitâ quidem hac finiente auferetur ab eâ hoc studium, vel me vel quouis alio faciente, quin potiùs augebitur & perficietur. Tuum ministerium locum non habebit in æternâ vitâ: hæc sororis tuæ functio poterit esse æterna. *In hac vitâ augetur, in aliâ vitâ perficietur, numquam auferetur*, ait Augustinus. *s A te auferetur aliquando onus necessitatis, æterna est dulcedo veritatis. Actiua enim vita*, inquit Beda, *cum corpore deficit: contemplatiua autem hîc incipit, vt in cælesti* patriâ *perficiatur.*

s Ser 26. de Ver. Dom.

Cùm ergo Maria suauiter audiret verbum dulcissimum, & corde intentissimo pascereturinterpellato Domino à sorore suâ, quomodo putamus eam

eam timuisse, ne diceret ei Dominus: Surge & adiuua sororem tuam? Mirâ enim suauitate tenebatur, quæ profectò maior est mentis quàm ventris. Excusata est, sedit securior: ipse enim eius factus est aduocatus, qui iudex fuerat interpellatus. Notum est cuius vtar verbis.[t]

[t] *Aug. Ser. 27. de Verb. Dom.*

Martha & Maria figura vitæ actiuæ & contemplatiuæ.

Postremò monent rectissimè hîc plerique omnes Catholici tractatores, in his duabus sororibus figuratam à Domino duplicem vitam bonam, seu duplex genus vitæ bonæ, futuræ in suâ ecclesiâ; secundùm tropologiam quidem, actiuam vitam & contemplatiuam; iuxta anagogen verò, præsentem & futuram (nec enim extat in hac mortali vitâ, vita purè contemplatiua) Marthâ quidem actiuæ & præsentis, Mariâ verò con-

tem-

mplatiuæ & futuræ, typum
xprimente: de quibus latè Au-
guſtinus, illis iam ſæpè lau-
datis ſermonibus de
verbis Domi-
ni.

Lazarus intenso CHRISTI amore vocatus,
E tumuli ad superos redüitus carcere prodit
Ioan. 11.

Cap. X.

LAZARVS FRATER Mariæ & Marthæ periculosè decumbit; sorores eius morbum Iesv *per nuncium significant.*

POst hæc, eo tempore quo Iesvs agebat trans Iordanem, Lazarus frater Ma-
æ & Marthæ, in Bethaniâ gra-
morbo detinebatur; febri,
uam Nonnus morbidũ ignem
ardentem morbum vocat.
go quia ægrotabat frater, &
idem periculosè, eò quòd
manis omnibus remedijs ad-
bitis nihil proficeretur, ambæ
rores eius miserunt nuntium
Bethaniâ vltra Iordanem, iti-
re octo horarum. Porrò iter

vnius

Iter vnius horæ quantum.

vnius horæ, est trium Italicorum miliarium, vnum verò miliare Italicum conficitur octo stadijs.

Non iuerunt ipsæ sorores prohibitæ, non solùm sexus infirmitate, sed & luctu curaq; fratris. *Ipsæ ad Christum non sunt profectæ, sed miserunt*, notat Chrysostomus, *ob fiduciam & familiaritatem quam cum eo habebant, & mulieres erant, infirmæ, & luctu detinebantur* similia scribunt Theophylactus & Euthymius.

Miserunt autem cum mandato dicendi suâ ex parte: [a] *Domine, ecce quem amas, infirmatur.* Non dicunt *Lazarus*, non dicunt *frater noster*, nec Lazari aut sua merita, sed solùm IESV erga Lazarum amorem ob oculos ponunt: nihil enim efficacius

[a] *Ioan. 11. v. 3.* Quomodo Lazari morbum sorores significarint IESV.

is est ad prouocandam com-
serationem, amore eius qui
te est opitulari, erga eum qui
e indiget. Noster erga IE-
SVM amor tepidus est; IESV
a nos amor, fons est totius
stræ salutis.

Addunt causam missionis,
zari infirmitatem. Ecce nun-
m. quo certiorem faciunt
SVM calamitatis in quâ ver-
antur: quam vt amoliatur,
n apertè quidem petunt, sed
deste ac verecundè deside-
m & preces suas insinuant,
ceptâ impetrandi auxilij fi-
riâ, ex singulari erga infir-
m amore & beneuolentiâ
s v, qui pro mirificâ suâ hu-
nitate quoscuis facilè iuuare
suenerit.

Non dubiæ ergò de IESV po-
ate, confisæ autem de boni-

tate,

tate, nihil quidem ei præscri
bunt, sed sperant, vbi intelle
xérit rem, aduenturum & sana
turum. *Miserunt ad Domi
num, nuntiantes quòd ægrotare
frater earum*, inquit Augustin
*vt si dignaretur veniret, & eu
ab ægritudine liberaret.* Non e
nim tanta fuit eis fidei perfe
ctio, quanta faceret, vt spera
rent, quòd IESVS absens, iuss
suo, sanaturus esset absenten
id quod facilè intelligitur, ex e
quòd postea ambæ deplorau
runt IESV absentiam, huiu
modi verbis: *b Domine si fuiss
hìc, frater meus non fuisset mo
tuus* Nam & hac parte fide d
fecerunt, quòd nuntiandu
putauerint morbum fratris I
SV tamquam ignoranti.

b Ioan. 11. & 21. & 32.

Audiens autem IESVS (a
diuit ex nuntio id quod per

nou

rouerat, cui nihil occultum) *dixit eis*, responderi iussit per nuntium sororibus. *Remittit nuntium, vt hoc significaret*, inquit Chrysostomus: *Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloriâ Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam.*

Quid IESVS renuntiari iusserit.

Significat in primis, nihil sibi nuntiari quod ignoret, nouisse se, & Lazarum ægrotare, & quo morbo laboret, & quæ morbi conditio. *Non est*, inquit, *ad mortem* id est, non est letalis, non adferet mortem, non morietur ex hac infirmitate. Atqui attulit Lazaro mortem. Verè attulit, & separauit animam à corpore, idq; naturâ (suâ) erat enim morbus humanâ viâ incurabilis) sed mortem intelligit IESVS vulgarem, quam sorores timebant, quæ terminus

minus est vitæ mortalis; longam ac diuturnam, quam qui moriuntur, inter viuos amplius non habent locum, ante generalem omnium resurrectionem, putrefacto corpore & in puluerem redacto. Huiusmodi mortem non intulit Lazaro sua infirmitas, Deo prohibente, sed dumtaxat mortem quamdam breuem ac momentaneam dierum quatuor aut quinq;, post quos redijt Lazarus, Christo faciente, ad hoc seculum, in vitam mortalem, ita vt somnus ipsi potiùs fuerit quàm mors, quemadmodùm Christus ipse appellat. Cùm ergò negat IESVS morbum esse ad mortem, rei exitum spectat & finem. Finis huius morbi, ob quem diuina prouidentiâ hunc morbũ inflixerat, non fuit mors, sed re-

a Ioan. 11. 4. 11.

surre-

rrectio ac vita, id est, non fuit
Lazarus remaneret mortuus,
d vt mox resuscitatus iterùm
ueret quomodo anteà. *Mor-*
s iste non est ad mortem, in-
uit Euthymius, *id est, non di-*
gitur ad eam quæ propriè est
ors, sed ad somnũ aliquem: nam
ia propriè mors dicitur, vsq; ad
mmunẽ omnium durat resurre-
ionẽ. Similiter Theophylactus:
leq; ad mortẽ fuit infirmitas, quã
oriuntur multi, diuturnam sti-
cet, sed temporalem & quatri-
uanã. Nam quia surrexit qua-
riduan⁹ ad finẽ spectantes rei, di-
mus non esse ad mortẽ hæc ille.
Sed immissa est hæc infirmi-
s, seu inflictus hic morbus, di-
inâ prouidentiâ ordinante.
Diuina enim prouidentia, ef-
ctus causarum inferiorum, ad
superiores refert fines, vbi pla-

cuerit (ad augendam gloriam Dei, pro gloriâ Dei amplificanda, vt per eam agnoscatur, celebretur, credatur esse Filius Dei, Patri æqualis potentiâ, & vnus cum eo Deus.

Huiusmodi ergò responsum per internuntium, misit piis sororibus IESVS, morbum fratris, non ipsi mortem, sed illi gloriam pariturum, *vt eas consolaretur*, quod notat Euthymius post Theophylactum.

Diligebat autem IESVS *Martham, & sororem eius Mariam & Lazarum.* [d] & vt Deus, & vt homo. Vt Deus, dilectione aeternâ, tamquam electos & salvandos; vt homo, diligebat amore naturali, quippe amicos & hospitio solitos excipere; amore etiam humano ac morali, vtpote honestos & virtuti studio

[d] Ioan. 11. 5.

Quomodo IESVS Mariam cum Martha & Lazaro dilexerit.

studiosos; deniq; amore charitatis, vt quos ad Deum summum bonum vellet adductos. Sed quamuis his quatuor dilectionis generibus IESVS piam hanc familiam amauerit, & quidem eximiè, præ multis alijs hominibus: videtur tamen Euangelista præcipuè loqui de naturali ac morali amore, quo vt homo gratus dilexit hospites & benefactores suos, & familiarius vsus est studiosis sui pietatisque in Deum; *Non tantùm propter fidem eorum*, inquit Euthymius, *verumetiam propter alias ipsorum virtutes.*

Voluit autem Euangelista commemorare hanc IESV erga hos dilectionem, semel vt verum esse confirmaret id quod sorores dici iussetant, *Ecce quem amas.* Iterùm vt nemo

adscriberet animi neglectui quasi amici periculum neglexerit IESVS, quòd non statim profectus fuerit ad iuuandum Lazarum, sed remanserit biduo eodem loci. *f* Denique quia ea quæ sequuntur omnia singularem IESV erga hos amorem loquuntur. Dilexit ergò eos IESVS amore singulari, & singulariter dilectos, singularibus summisq; affecit beneficijs *Frequenter autem dicit*, quod notat Chrysostomus, *Amabat Lazarum & sorores eius, erudiens nos, non ægrè ferendum, si boni viri & Deo amici aliquo morbo laborent.*

f Ibid: & 6.

Hac responsione accepta nuntius abijt, persuasus lætum se ferre nuntiũ sororibus à quibus missus fuerat: sed reuersus domum, inuenit Lazarum mortuum

uum recenterq; sepultum, & orores lugentes. Mortuus e-im fuerat eo ipso die, quo untius missus discesserat, ad ESVM, siue ante responsum untio à IESV datum, siue pau-ò pòst. Nam quòd respondens ESVS, loquitur de Lazaro tam-uam infirmo adhuc nondum-ue mortuo, facit, vt respon-um congruat nuntio.

Quando Lazarus mortuus.

Cùm ergò explicaret nunti-s, quid responsi referret à IE-V, turbatæ quidé animo non-nihil fuerunt sorores, quòd au-lirent morbũ non esse ad mor-em, qui iam mortem intulerat: amen quia adiunxerat IESVS, norbum fore ad gloriam Dei, vt glorificetur Filius Dei per am, persuaserunt sibi, sensum verborum IESV esse huncaut si-milem, quòd infirmitas fratris

esset, non ad mortem, sed ad salutem ipsius æternam, pro gloriâ Dei: itaq; rem totam diuinæ prouidentiæ reliquerunt, *nihil scandalizatæ*, quod ait Chrysostomus.

Remansit autem IESVS trans Iordanem *duobus diebus* integris, post acceptum nuntium; *deinde post hæc dixit discipulis suis: Eamus in Iudæam iterùm*, [g] *Venit itaq; IESVS, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.* [h] Hos dies ego sic puto numerandos, vt (quemadmodùm dixi suprà) Lazarus mortuus eo die quo nuntius ad IESVM discesserat (id quòd diserte confirmant Chrysostom? & Euthymius) postridie fuerit sepultus, qui sit primus dies sepulturæ, prior illius bidui quo IESVS mansit in regione transiam na-

[g] *Ibid.* v. 7.
[h] *Ibid.* v. 17.

Quatriduum Lazari mortui, quomodo intelligendum.

mnanâ, dies deniq; reuerſio-
s nuntij ad ſorores. Alter dies
pulturæ, eſt alter illius bidui
uo IESVS remanſit in eodem
oco. Tertius ſepulturæ eſt is,
uo IESVS, poſt præmonitos
iſcipulos, iter ingreſſus eſt:
uartus poſtremò eſt, quo IE-
VS peruenit Bethaniã. Quam-
is enim è finib⁹ regionis tranſ-
mnanæ Bethaniam ſeu Iero-
olymam vſq;, non ſit iter niſi
cto horarum, vel vnius diei,
omini agili & mercede con-
ucto, cui nihil propoſitum eſt
iſi viam conficere: tamen ho-
nini graui, & multis comitato,
ui multis notus, facilè à mul-
is interpelletur in viâ, facileq;
ubſiſtat benefaciendi ſtudio,
naius eſt quàm vnius diei iter,
præſertim hyeme, ante æqui-
aoctium vernum. Quare arbi-

Quando Iesvs Bethaniam peruenerit. *i Ioan. 12. v. 1.*

tror duos dies impendisse Iesvm in hoc itinere conficiendo, pernoctasse nimirùm vltra medium iter, ita vt postridie sub meridiem Bethaniam peruenerit. Nam & sic aliàs i Bethaniã venit ex Ephrem, nocte hospitatus Ierichunte. Nam quòd meridie aut circiter peuenerit Iesvs Bethaniam, indicant ea quæ gessit mox vt eò puenit: indicant & Iudæi, qui in domo erant Marthæ & Mariæ, ex vrbe Ierusalem profecti, eodemque ante solis occasum redituri. Peruenit igitur Iesvs Bethaniam quinto die à Lazari morte, quarto à sepulturâ. Nam *quatuor dies*, inquit, *in monumento* seu sepulchro *habentem*, agentem, iacentem. Maluit enim Iesvs in primis mortuũ quàm ægrotum, deinde quatriduum quàm vnum aut alterum diem

n monumento habentem, ex-
itare, ad certius atq; illustrius
iuinæ in se virtutis argumen-
um. Nam si quis à sensibus,
ecultí alicuius morbi vi, abali-
natus, similis mortuo appa-
eat; non tamen id durare que-
t per quatuor aut quinq; dies:
& si quis viuus in sepulchrum
llatus fuerit, at vel quarto die
xtinctus sit. Deniq; quo diu-
iùs cadauer ab animâ fuerit se-
paratum, eo maiori putrefacti-
oni & corruptioni subiectum,
minùs idoneum est animam
pro formâ recipiendam.

Quoniam verò *Bethania*, [k] vbi Lazarus erat mortuus & se-pultus, propinqua, & vicina est Ieroſolymæ, orientem versus, *quasi stadijs* plus minùs *quindecim*, id est, duobus miliaribus italicis, seu duabus trientibus

[k] *Ioan. 11. v. 18. 19.* Quanta distantia sit inter Bethaniam & Ieroſolymam.

Quot stadia miliare conficiant.

vnius horæ, vno stadio excepto (Nam octo stadia conficiunt vnum miliare italicum, & tria miliaria italica iter vnius horæ, quod iam suprà diximus, *multi*, itaq;, huius viciniæ occasione, quod annotat Chrysostomus, *ex Iudæis* Ierosolymitanis, præsertim cognati, familiares, noti *venerant* officij causâ *ad Martham & Mariam* (non solùm autem propinquus erat locus, sed & deambulatio amæna, per montem oliuarum, cultissimum illum & fertilissimum) *vt consolarentur eas.*

Qualis Iudæorum consolatio esse soleret.

Magis prædicabantur à Iudæis quæ erant huius vitæ quàm quæ futuræ: rara apud eos resurrectionis & vitæ æternæ mentio: itaq; magnus apud eos luctus super charis capitibus: quali cùm teneri existimarent has soro-

ſorores, conueneruntad miti-
gandum dolorem earum *de fra-*
re ſuo, ſuper morte fratris ſui;
dicentes (quæ eſt Nonni para-
phraſis) *communia mitigatoria*
verba mortis fratris, quæ beneuo-
lo & benigno ſermone ſæpè diſcuſ-
ſerunt horridos matureſcentis cu-
ræ ſtimulos, ſolutoria luctus inſo-
mnis. Annotant quidam, hanc lugentium viſitationem & conſolationem durare conſueuiſſe per dies ſeptem, vt non mirum ſit, hoc quinto à Lazari morte die illos etiamnum adfuiſſe. Hinc porrò intelligitur, domum hanc honorificam fuiſſe & plenam dignitatis; Lazarum eiuſq; ſorores non vulgares fuiſſe perſonas, ſed nobiles & diuites. Hoc enim officij genus diuitibus, vel honoris gratiâ, præſtari conſueuit: nam

Lugentium conſolatio quamdiu durare conſueuerit.

pauperum parua habetur ratio. *Sed quomodo consolabantur Iudæi à Christo dilectas*, quærit Chrysostomus? & respondet, *vel quia nobiliores reuerebantur, vel propter vulneris magnitudinem, vel quia non omnino mali erant.* Deniq; apparet, propter virtutem multis charas fuisse. Similia habent Theophylactus & Euthymius Chrysostomi discipuli. Addit Dionysius Richelius: *Et fortè multo plures venissent ad ipsas, nisi tam familiares fuissent Christo, propter quod multorum indignationem incurrerunt.* Intelligitur etiam ex his Euangelistæ verbis, mortem Lazari diuulgatam fuisse in ciuitate Ierosolymorum, diu ante miraculum, ne quis posteà calumniator negare posset, Lazarum fuisse mortuum. *Hæc dicit Euange-*

Mors Lazari Ierosolymis diuulgata

uangelista, inquit Chrysostomus, *vt testimonijs Lazari mortem confirmet.* Postremò præsentiæ horum Iudæorum meminit Euangelista, vt multos miraculi testes adfuisse doceat, etiam ex ciuibus Ieroſolymitanis, parum æquis Domino IESV. Nam etsi humanitatis officio adducti fuerint: arcano tamen Dei consilio in eum finem illuc collecti fuerunt, vt clarior esset Lazari resurrectio, nec domesticos tantùm haberet testes.

CAP. XI.

IESV BETHANIAM venienti occurrit Martha, & cum eodem prolixè colloquitur.

PRæcurrit fama aduentum IESV (nec enim facilè poterat

terat latere) peruenitq́; primùm ad aures Marthæ, quæ, ſolicita de re familiari, domi obambulabat, aut extra domum fortè occupata agebat negotium aliquod. Itaq; ſimulatq́; audiuit, quòd IESVS veniret Bethaniam, iamque propinquus eſſet, *a* *occurrit illi*, & tamquam hoſpiti, & tamquam Domino. Nõ exſpectauit eum domi: quia reuerentia & amor tali hoſpiti debitus, requirebat, vt quàm honorificentiſſimè exciperet aduentantem. Occurrit autem læta, ſpe conſolationis accipiendæ, melioris quàm adferrent Iudæi conſolatores, qui mœrorem pellere non poterant.

Martha IESV obuiàm currit.

a *Ioan. 11. 9. 20.*

Quòd verò Maria non ſimul cum ſorore occurrerit, cauſa eſt, quòd *domi ſedebat*, indulgens lugentium mori, & eorum

Cur Maria non ſimul occurrerit.

qui

qui aduenerant conſolationes excipiens, ignara aduentus IESV. cæteroqui enim non minùs ſorore feſtinaſſet in occurſum. Sed quare Martha non indicauit ſorori, ita vt ſimul poſſent occurrere? quia nõ aderat Mariæ, quando nuntiũ accepit; Mariæ autem aderant Iudæi, quos non expediebat certiores fieri de aduentu IESV, vt qui parùm ipſis gratus fuiſſet. Sic Theophylact⁹.

Martha ergò, poſtquam reuerenter ſalutaſſet, *dixit ad* IESVM: *Domine, ſi fuiſſes hîc, frater meus non fuiſſet mortuus.* q d. facilè curato morbo mortem eius prohibuiſſes, quod beneficij in tam multos alios contuliſti. Modeſtè & temperatè dolorem animi, qui iuſtus erat, expreſſit. *Conſidera mulierum ſapientiam, quamuis imbecillæ eſſent,*

Marthæ cum IESV colloquium.

sent, inquit Chrysostomus. *Viso enim Christo, non statim in planctus & lamentationes proruperunt, vt nobis vsu venit, cùm mœrore aliquo affecti, à notis visitamur: sed continuò magistrum venerantur, & crediderunt, licet non perfectè vt decuit.* hæc ille. Fatentur (eadem enim sunt verba Mariæ *b*) potentiam IESV eũ clementiâ & facilitate coniunctam (res magna) sed quia conquestæ de absentiâ IESV, restringunt potentiam eius ad præsentiam, eâ ex parte fide deficiuntur. *Nondum enim cognoscebant*, inquit Euthymi⁹, *quòd licet vt homo abfuisset, tamen vt Deus præsens fuisset.*

b Ioan. 11. v. 32.

Ne verò videatur æquò nimiùm queri de IESV quòd abfuerit, mitigat querelam suam, quasi dicat, Sed etiamsi absen-

tia

tia tua fuerit occasio mortis fratris mei, non ideò tamen minùs credo, verum id esse quod per nuntium nobis referri iussisti, infirmitatem non esse ad mortem, sed pro gloriâ Dei, dicit ergò: *Sed & nunc*, scilicet post mortem fratris mei *scio* certò persuasa credo, *quia quæcumq; poposceris à Deo*, adhoc vt verum esse ostendas sermonem tuum, *dabit tibi Deus*. adeò Deo gratus & acceptus es tu.

Non est mens eius rogare IESVM, vt in particulari petat à Deo resurrectionem fratris sui; nec enim illam sperabat, quippe rem insuetam, & nimis alienam à cursu naturæ, quam nec post Domini promissionem & plures sermones persuadere sibi potuit futuram, dum prohiberet auferri lapidem à monumen-

numento, quòd fæteret iam quatriduanus, [e] sed mens eius fuit, fateri in genere, vera esse IESV verba, seq; illis indubitatam fidem adhibere, etiamsi ea non intellexerit, vsque adeò vt credat facturum Deum, ad probandam eorum veritatem, quæcumq; IESVS poposcerit. Hanc interpretationē Cardinalis Caietani sequimur, addentis tamen, verba Marthæ motæ à Spiritu sancto, in genere præluisse ad futuram fratris resurrectionem. Verùm hîc iterùm prodidit Martha suæ in IESVM fidei imperfectionem, quòd non eâdem cum Deo Patre virtute eum miracula operari fateatur, sed sentiat precibus à Patre impetrare, *ac si bono quodam & probato viro loqueretur*, quod ait Chrysostomus. Debuisset

[e] *Ibid. v.* 39.

ſſet dicere, Sed & nunc ſcio, quia quæcunq; iuſſeris, fient.

Dicit illi IESVS: *Reſurget frater tuus,* in vitam reuocabitur, bono animo eſto. Nihil reſpondet ad id quod de abſentiâ ipſius Martha conqueſta fuerat: maluit enim rationem abſentiæ ſuæ dare, re ipsâ excitato mortuo, quàm verbis. Plus autem vltrò promittit, quàm Martha fuerat auſa in particulari rogare aut ſperare: nam promittit fratrem eius reſurrecturum, tum vt mæſtam conſoletur, tum vt explanet ſenſum verborum illorum ſuorum: *Infirmitas hæc non eſt ad mortem,* ſed pro gloriâ *Dei.* Intelligit enim reſurrectionem præſentaneam, de quâ & Apoſtolis fuerat locutus. [d] Non tamen ait clarè, Ego fratrem tuum nunc ſtatim reſuſcitabo, par-

IESVS Martham conſolatur.

[d] *Ioan. 11. v. 11.*

partim modestiæ causâ, partim vt paulatim Marthæ animum ad miraculi fidem ac spem exerceret. Non enim inflatis buccis sua venditare consueuerat, sed modestè ac sensim insinuare miracula, quæ edere meditabatur. Signanter autem non dicit, Poscam à Deo vt resurgat; sed simpliciter promittit resurrecturum, vt Marthæ orationem corrigat, intelligens suâ operâ resurrecturum, quemadmodum mox infrà declarat. e Quare Chrysostomus scribit: *Non dicit Poscam, sed Resurget, medium tenens, & in sequentibus quod amplius est significans.*

e *Ibid. & 25.*

Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione, in nouissimo die.

Didicerat *Martha ex continuis Christo sermonibus,* quod ait Theo-

Theophylactus Chrysostomum secutus, futuram omnium qui vnquam vixerint hominum, bonorum & malorum resurrectionem, nouissimo mundi die: id confitetur eisdem verbis quibus IESVS consueuerat vti, cùm hoc argumentum tractaret. Non didicerat à Pharisæis, quorum erat obscura de mortuorum resurrectione doctrina & mixta erroribus. Igitur quia IESVS ambiguè dixerat, *Resurget frater tuus*, nec addiderat *modò*. Martha non ausa sperare præsentem, intelligit eius verbum de futurâ à fine mundi resurrectione, & quasi dicit: Scio, Domine, resurrecturum aliquando fratrem meum cũ alijs omnibus: sed hæc consolatio generalis est omnium, nihil parumue hinc nobis præsentis priuatiq; solatij. Cùm

Martha resurrectionem mortuorum credidit.

Cùm itaq; in infimis rebus hæreret Martha, in deplorandâ inquam fratris morte, non valens sibi persuadere, fratrem ex eâ in præsentiâ resurrecturum, adeoq; errores misceret fide in IESVM indignos; vnum, quòd pluris ipsa faceret resurrectionem præsentem ad vitam hanc miseram & caducam, quam resurrectionem nouissimi diei ad vitam æternùm beatam; alterum, quòd sentiret IESVM sic impetrare à Deo hominib⁹ bona, vt non ipse per se ea largiretur: conuertit se IESVS ad eam corrigendam, & pro more suo, à rebus temporarijs accipiens occasionem docendi spiritualia & æterna, propter quæ ipsa sua corporalia miracula operabatur, attollit erigitque mentem eius, quod post Chrysostomum

notat

notat Euthymius. Et quia quæstio erat de morte & vitâ, *Ego*, inquit, *sum resurrectio & vita*, id est, ego sum auctor resurrectionis mortuis, & vitæ viuentibus; ego efficio vt mortui resurgant & viuentes viuant eâ resurrectione & vitâ, quæ resurrectio & vita dici meretur, id est, immortali, æternâ, beatâ. *Ego*, inquam, ego ipsesum, non alius à me naturâ diuersus. Non ad hoc egeo alterius auxilio, non precariò mihi à Deo poscendum est, sed ego ipse auctor & largitor sum resurrectionis & vitæ; vt Deus quidem, vna vtriusq; causa efficiens principalis simul cum Deo Patre, vt homo autem meritoria causa.

Vtrumq; deinde eius sententiæ membrum seorsum & distinctè exponit, docens, quomodo

modo felicis illius resurrectionis ac vitæ, cuius ipse donator est, fieri quis possit particeps, per fidem scilicet: *Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc?* Nouit quòd parata sit credere, sed interrogando prouocat eam ad huiusmodi fidem, quâ credat IESVM non tantùm posse à Deo impetrare quæcumq; poposcerit, sed & per seipsum donare, etiamsi sit à morte resurrectio, & quâ pluris faciat futuram in nouissimo die quàm præsentem resurrectionem.

Ait illi: Vtiq; Domine: ego credidi iamdudum, iampridem ego hanc fidem amplexa, & cùm baptizarer, professa sum, quòd *tu es Christus Filius Dei vi-*

vi,

ti, qui in hunc mundum venisti.

u es ille Christus Filius Dei, uem Deus olim se missurum romisit, & Prophetæ ventum prædixerunt ad saluandum ominum genus.

Martha eandem de Christo quam Petrus fidem profitetur.

Hæc fides, adeoq; fidei Chrianæ summa, ea est quam Petus primus confessus fuit; *f* & lij post eum, qui IESVM nomen are, & in eius nomine baptizavellent; inter cæteros Marna: quæ etsi non perfectè intelgeret hanc fidem, nec vim verorum penetraret, sciebat tamen eâ contineri, IESVM esse octorem salutis, qui nihil doceret aut diceret nisi veritatem ei, nescius falli & fallere.

f Matth: 16. v. 16.

Hoc ita posito, verè & appotè respondit, se ea quæ dixerat ESVS, etiam non satis intellea, credere, etsi implicitè dum-

taxat. *Quando hoc credidi, q*
tu es Christus Filius Deus vi
inquit Augustinus, *credidi q*
tu es resurrectio & vita, &c.
detur, Christi dictum mulier
non intellexisse, inquit Chry
stomus, nouit tamen magni
esse. Simili responsione vsi su
Apostoli ipsi adeoq; Petrus.

g Ioan. 6. v. 70.

CAP. XII.

MARIA CVM MA
thâ IESV *festina occurrit, & e*
ad sepulchrum Lazari co-
mitatur.

Cur Iesvs noluerit intrare domum Mariæ & Marthæ,

NOluit autem IESVS
domum harum sororu
priusquam perfeciſſet I
opus propter quod venerat,
primis vt esset illud ab om
suspicione alienius, deinde q
do

omi erant Iudæi quibus pa-
ùm fuisset gratus aduentus ip-
us, denique vt Mariam domo
xcitam sequentes Iudæi, fie-
ent testes edendi miraculi, vel
huiti.

Abijt ergò Martha, *& voca-*
it Mariam sororem suam a pro-
tabs IESV iussa fuerat. id e-
im breuitatis causâ, relinquit
telligendum Euangelista, ex
s quæ subiungit Marthæ ver-
is, D. Augustino annotante:
æteroqui indecorè Martha
omino se subtraxisset, priuſ-
uam duxisset domum suam,
ut quò ipsi ire placeret. Voca-
it autem eam *silentiò*, id est, se-
retò, submissâ voce, in aurem,
ne præsentes Iudæi cognosce-
nt, quod notat Euthymius.
si enim cognouissent quòd occur-
raesset Christo, addit Theo-
phyla-

a Ioan 11. 9. 28.

Martha Mariam secretò vocat.

phylactus, *abijssent, & caruiss*
testibus insigne miraculum. D
cens: Magister adest & vocat t
Nullum potuit Mariæ adfer
suauius nuntium. Vocata e
autem, vt cum Iudæis assecl
suis adesset miraculo, quod d
ximus, ex quo, sedato luct
plenam consolationem esset a
ceptura.

Mariæ festinatio ad IESVM.

Illa mox *vt audiuit* adesse I
SVM, seque ab eo vocari, *surg*
cito, & venit ad eum comitan
& ad IESVM redeunte Marth
sorore. Notandum singularite
quòd non min⁹ præsentis tem
poris verbo, quàm aduerbi
significatur moræ impatientia
quòd præ vehementi quo I
SVM prosequebatur amore
mul & honore, statim surrex
rit & festinarit ad IESVM; nih
cur surgeret præfata ad eos, q
caus

ausâ consolandi ipsam ade-
int, viros honoratos in seculo
haud dubium) oblita vrbani-
tis, oblita decori, oblita lu-
us. *Etenim omnibus assidenti-*
us dolens & plangens, inquit
Chrysostomus, *non exspectauit*
d se venientem magistrum, neq;
ecorum seruauit, neq; luctu re-
enta est, sed surgens è vestigio,
magistro obuiam facta est. Fer-
ens amor nihil nisi amatum
urat. *Vnde manifestum*, inquit
Theophylactus, *quòd non praue-*
isset Martha, si quidem ista co-
nouisset.

Iudæi ergò qui erant cum eâ.
Mariâ *in domo, & consolaban-*
r eam, cum vidissent Mariam,
uia citò surrexit & exijt, mirati
m inopinatam à quiete surre-
ionem & abitionem, ne vno
uidem verbo, apud ipsos con-

solationis gratiâ circumsedentes, excusatam, *secuti sunt eam veriti ne quid fortè contra seipsam perpetraret*, quod notat Euthymius: *facti sunt autem testes miraculi, etiam non adsciti.*

Iudæorum de Maria suspitio.

Dicebant autem Iudæi: *Vadit ad monumentum, vt ploret ibi* vt indulgeat illic fletibus, *vt doloris sui solatium lachrymis quærat*, quod ait Augustinus. Persuasi fuêre, subitis mœroris stimulis agitatam, properasse ad sepulchrum, vt ex præsentiâ fraterni corporis faciliùs in fletus soluta, lachrymis animum satiaret? nam lachrymæ solatium sunt tristium, erumpente per eas mœrore intus collecto. Illi itaque, vt sinceri amici, secuti sunt, vt temperarent eius luctum, si opus foret, ne modum excederet.

Maria ergò cùm venisset vbi erat IESVS, *videns eum cecidit ad pedes eius*, monstrans quanti faceret IESVM, & pedes ad quos peccatorum remissionem obtinuerat, nihil morata inuidiam præsentium Iudæorum. Videtur dignitatem IESV meliùs perspectam habuisse, & feruentiùs amasse, quàm Martha. *Vehementiùs quàm soror amabat*, inquit Chrysostomus, *neq; turbam reuerita est, neq; opinionem quam de eo Iudæi habebant, sed omnem humanum affectum expulit magistro præsente, & hoc vnum curabat, vt magistrum veneraretur.*

Mariæ erga IESVM reuerentia.

Et dicit ei plena luctus, *verberata & afflicta animum stimulo doloris*, inquit Nonnus, *eructauit sermonem vi expressum*; *ex gut-*

ture autem vix transibat vox lachrymis victa.

Quomodo eundem alloquuta.

Domine, si fuisses hîc, non esset mortuus frater meus, neque hoc miserabili luctu teneremur. Eâdem verborũ querimoniâ vtitur, & eamdem fidei imperfectionem prodit, quam soror. *Quamquam sorore feruentior erat erga Christi honorem (siquidem ipsa procidit ad pedes eius) eadem tamen dicit, eamdem cum illâ habens opinionem*, scribit Euthymius. Verisimile est, sorores has, antequam Dominus aduenisset, sæpiùs inter se mutuò contulisse huiusmodi querelas: Si Dominus adfuisset, non essemus in hoc luctu, frater noster adhuc viueret, hæc nostra miseria fuit, &c. Declarant autem magno se dolori teneri ob mortem fratris, vt quem tenerrimè dilexe-

rint.

rint. Cæterùm Maria breuiter locuta conticuit: cætera lachrymis vberiùs peregit, nullam ratione orationem efficaciorem lachrymis: quibus tandem impetrata fratris reſurrectio, tanto luxuberantius gaudium his ſororibus peperit, quanto luctus ex morte priùs fuerat acerbior.

IESVS ergò, vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum eâ plorantes, infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum: Nihil reſpondit Mariæ, neq; ſacros ſermones cum eâ miſcuit de reſurrectione alijsúe, quemadmodum cum Marthâ, tum quia iderant Iudæi, tùm quia tempus erat reipsâ præſtandi id quod Marthæ pollicitus fuerat. *Nihil id eam loquitur Chriſtus, vt ad ſororem* (notat Chryſoſtomus) *Turba aderat, neq; verborum illud*

lud tempus erat: sed humano doloris affectu multos testes allicit Addit Euthymius: *Tum etiam quòd sciret futurum esse, vt per ostium eadem ab illâ disceret*; Maria scilicet à Matthâ. Si ad ad eī qui dictus est modum commotus, non sine seriâ vultus vocisq; grauitate, interiorem tristitiam testante protulit verbum vnum: *Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, veni & vide.* Non ad verba respondent, sed ad mentem, arbitrati videre velle sepulchrum amici, deplorandi causâ. *Quia adhuc nulla coniectura resurrectionis Lazari ostensa erat, neq; illuc putabatur venisse vt resuscitaturus eum, sed vt deploraturus, dicunt ei, veni & vide.* sic Theophylactus ex Chrysostomo.

Et lacrymatus est IESVS, iter

inte-

nterim iniens sepulchrum ver-
ius. *Dicunt ergò Iudæi: Ecce*
uomodo amabat eum, cuius
nortem ita amarè deflet, amo-
e lachrymas exprimente vi-
o adeò graui & constanti, ita
t quasi homo vulgaris amicum
nortuum defleat. Ex lachry-
nis de amore iudicant, tam-
quã de causâ ex effectu, quem-
dmodum de igne ex fumo.
Voluntisti dicere, IESVM esse
rirum humanum ac beneuo-
um, non terribilem aut odio
ignum, qualem aduersarij ca-
umniabantur. *Quidam autem*
ex ipsis dixerunt: Non poterat
hic, qui aperuit oculos cæci nati,
facere, vt hic non moreretur? IE-
SVS *ergo rursum fremens in semet-*
ipso, venit ad monumentum, erat
autem spelunca, & lapis superpo-
situs erat ei. Monumentum seu

IESVS illachrymatur.

sepulchrum sic erat conditum, vt esset spelunca siue antrum, ex rupe excisum, quod multi aiunt, *& lapis positus erat super ostio eius*, id est, super ore eius, clausuræ loco, ita vt non facilis esset ad cadauer accessus. Porrò ex eo quòd superpositus fuisse dicatur lapis, non aduolutus, vt ad ostium monumenti dominici *b* adde, ex eo quòd infrà *c* auferri dicatur, non reuolui, *d* colligit Card. Caietanus, istud Lazari monumentum, fuisse spelunca foueæ similem, cuius os æquale esset solo terræ calcabili, qualia ferè sunt nostratia sepulchra.

Lazari sepulchrū quale fuerit.

b Matth. 27. §. 60. c Ioan 11. §. 39. 41. d Matth. 28. § 2. Marc. 16. §. 3.

Ait IESVS: *Tollite lapidem* ab ostio monumenti, vt pateat scilicet exitus resuscitando. *At cuius gratiâ, non superposito lapide resuscitauit Lazarum?* quærit Theo-

Cur IESVS lapidem tolli præceperit.

Theophylactus. Nam qui vitam mortuo reddere poterat, poterat & viuum è clauſo educere ſepulchro, quemadmodùm ipſe poſtea exijt. Poterat profectò, ſed aliud hîc expediebat, vt clarius eſſet miraculum, ne egreſſus clauſo oſtio, ſpectrum potiùs, magicâ incantatione eductum crederetur ab adſtantibus, quàm verus homo. Sed quare non ipſe voce & imperio lapidem abſtulit, qui voce mouit corpus mortuum? quia non conueniebat, vt vel per ſe, vel miraculo faceret, quæ commodè fieri ab alijs poterant: quando autem adſtantium operâ vtebatur, fiebant illi certiſſimi teſtes miraculi, dum primi & viderent ipſi ſuis oculis cadauer iacens mortuum, & grauem odorem ex eo ſpirantem ſuis naribus

ribus exciperent, quod notat Euthymius.

Cur Martha & non Maria, fratrem fætere dixerit.

Dicit ei Martha potiùs quàm Maria, eò quòd illa magis dedita rebus exterioribus, prudentior sibi in huiusmodi videretur. *Domine*, ne iubeas auferri lapidem & aperiri sepulchrum, *iam fætet*, grauissimè s. olet frater meus, iam corruptum & putrefactum est cadauer fratris & grauissimum spirat odorem, qui nares tuas & præsentium omnium offendet, si aperiatur sepulchrum. Nonni paraphrasis est: *Sine iacentem lapidem qui est vice ostij: aperto enim hiatu terrestri grauiter fætens veniet odor.* Atqui volebat IESVS & fætorem cadaueris ab adstantibus percipi, ad maiorem mortis certitudinem. *Quatriduanus est enim.* iam quatuor dies sunt quòd

quòd mortuus adeoque ſepultus ſit ; q. d. Quòd autem fætet, hoc ſcio, ex eo quod iam quatriduum mortuus, immò ſepultus ſit : non enim ſolent cadauera, per dies quatuor, citra putrefactionem & teterrimum quem exhalent odorem, ſeruari poſſe. Martha ergò arbitrata, IESVM iubere aperiri ſepulchrum, in hoc ſolùm vt frueretur adſpectu amici iacentis: vult id prohibere, quia non futurum ſit delectabile, immò verò ingratum atq; horrendũ, IESV alijsq;, videre & ſentire eum, quem totum iam inuaſerit, corruptio, nihil aliud quàm teterrimum odorem ſpirantem. Non ſperabat illa præſentem fratris reſurrectionem, quamuis maximè optatam, quia non manifeſtè eam IESVS promiſerat:

rat: nam quod dixerat *Resurget frater tuus* [e], illa de futurâ in nouissimo die resurrectione intellexerat, [f] eo magis, quòd iam corruptum & fætidum cadauer putaret vitæ restitui non posse. Nam quos aliquando resuscitauerat IESVS, illi recenter mortui fuerant: quatriduo autem, mortuum ac sepultum, & proinde putridum, ad vitam reuocatum fuisse, numquam audiuerat, *tamquam propter tempus impossibile esset*, quod ait Chrysostomus. Immò tantum abfuit, vt sperauerit præsentem fratris resurrectionem, vt obstare ne suscitaretur conata fuerit, nolens auferri lapidem sepulchralem. Quæ omnia eò etiam faciunt, vt intelligatur nullam fuisse inter IESVM & sorores secretam collusionem.

[e] *Ioan. 11. v. 23.*
[f] *Ibid. v. 34.*

Di-

Dicit ei IESVS: *Nónne dixi ibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei?* q. d. Debuisses memor sermonis mei, quantâ animum tuum fulcire fide in me, vt resurrectionis omnis vitæq; auctorem, quantâ non obstares mihi, me comparanti ad resuscitandum fratrem tuum, sed planè obsequereris plenâ fiduciâ. *Quam enim putas me promisisse gloriam Dei, nisi inauditam hactenus resuscitationem quatriduani? tantummodò igitur crede, & videbis hanc gloriam Dei.* id addo ex Ruperto.

Cap. XIII.

IESVS LAZARVM quatriduanum resuscitat.

ERgò Marthâ tacente, ac lubenter cedente iussui IESV, quippe conceptâ iam expressâ spe revicturi fratris, *tulerunt*, leuauerunt ſ. qui circumstabant, ipsi quoq; ad rei nouæ exspectationem suspensi *lapidem* sepulchro superpositum.

Lazarum verè mortuum contemplantur adstantes.

Apertum igitur sepulchrum contendebant præsentium singuli inspicere, & mortuum videre, eiusq; situm notare; prout inspexerunt, viderunt, & notauerunt, quantum licuit (videtur enim lectica sepulchralis in lacere foueæ fuisse) tetrum

deniq;

denique odorem, quem cadauer efflabat, naribus exceperunt, ita vt certissimi de mortuo illic condito fuerint redditi.

a IESVS *autem eleuatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis; sed propter populum qui circumstat, dixi, vt credant quia tu me misisti. Hæc cùm dixisset, voce magnâ clamauit: Lazare, veni foras.* Totum tempus quo IESVS dixerat, concessum fuit ijs qui Lazarum mortuum videre & olfacere, fortè etiam in sepulchrum ingredi vellent. Vsus est autem *voce magnâ*, altâ, forti, quæ longè possit audiri. In primis vt à præsentibus omnibus intelligi possent verba, quibus ad resuscitandum vteretur, ne quid superstitiosè geri, adhi-

a Ioan. 11. §. 41. 42. 43.

IESVS cur voce magna vsus.

adhibitis ſuſurris aut incantationibus magicis, quis ſuſpicaretur. Deinde, quia ſermo eius tamquam ad dormientem, graui ſomno oppreſſum, adeoque ad mortuum, ac proinde ſurdum, ferebatur, altâ vſus eſt voce. Adhæc, quia opus forte moliebatur, mortuum reſuſcitare & animam longè ſeparatam corpori iam putrefacto coniungere, voluit fortem clamorem forti operi reſpondere, vt vox magna magnæ eſſet virtutis indicium. Deniq; quod Theophylactus annotat, *magna vox Saluatoris, Symbolum eſt magnæ tubæ, quæ ſonabit in communi reſurrectione.*

Quomodo Lazarus ſepultus.

Videtur autem Lazarus conditus fuiſſe non in recto fundo, ſed in latere foueæ ſepulchralis (quod ſuprà iam dixim⁹) quemadmo-

admodum & Dominus IESVS, ac proinde magnâ ex parte latuisse cadauer eius in eâ spelunca: idcircò IESVS, *Veni foras* dixit, quod est, teipsum viuum & præsentem exhibe extra sepulchrum ad speluncam, videndum oculis præsentium omnium. *Non dixit Resurge, sed Veni foras*, quod notat Chrysostom[9], *& mortuum tamquam viuentem appellat*; nimirùm vt dormientem, reipsâ declarans id quod anteà discipulis prædixerat, *Vado vt à somno excitem eum. b Cũ mortuo tamquam cum viuente colloquitur*, inquit Euthymius: *siquidem apud Deum etiam mortui viuunt*, quandocumque scilicet Deo libuerit. Non enim vixit Lazarus, quando abs IESV vocatus fuit, sed iussus abs IESV foras venire (quod nisi viuus

[9] Ibid. b. 11.

uus non poterat) eo ipso iussus est à morte surgere, & reuiuiscere, tamquam dixisset ei IESVS: Non solùm surge à morte, sed etiam prodi ex antro sepulchri, & omnibus conspicuum te præbe; duplici scilicet miraculo. nec enim nisi altero miraculo, è profundo sepulchro exire statim velociterq; poterat, præsertim ligatus manus & pedes, & obuinctus oculos, quod sequitur:

Lazarus resurgit à mortuis.

Et statim prodijt qui fuerat mortuus ligatus manus & pedes institis, & facies illius sudario erat ligata. Prodijt autem *statim* ad vocem inclamantis, mox vt vox illa IESV sonuerat, eodem momento quo IESVS finiuerat verbum illud suum, *in momento, in ictu oculi*: nam neque maiore tempore opus erit ad generalem

lem omnium resurrectionem, quod docet Apostolus. c Diuina enim virtus infinita cùm sit, vno instanti perficit quodcumque vult opus. c 1. Cor. 15. v. 52.

Non solùm autem reuixit Lazarus, verumetiam extra speluncam & foueam, præbuit seipsum præsentibus omnib⁹ præsentem & conspiciendum. Mirum non paulatim palpitasse, & vitæ redeuntis specimen dedisse (quemadmodùm alijs accidit, quos à sanctis viris excitatos legimus) deinde surrexisse, & è cauis terræ prorepsisse; sed derepentè, qui putrefactus fætebat, & à vermibus rodebatur, vitam recepisse, & ex altissimis speluncæ latebris exsiliuisse.

Quanta vis diuinæ virtutis.

Fecit hoc IESV iubentis vox, vocisq; virtus inaudita Virtus profectò altissimi Filij Dei, cui citra

citra moram parent omnia, cælestia, terrestria, & inferna: cuius instrumentum illa vox, quæ naturâ suâ debilis, ratione mouentis & loquentis effecit, quod totius creaturæ potentia assequi non valeat. Forte ac validum imperium, cui neq; mors neq; principes mortis, neq; vlla naturæ impedimenta resistere potuerunt. Sequitur enim, *Ligatus manus & pedes institis*, fascijs, *vinculis quibus mortui solent obuinciri*, inquit Euthymius; & *facies illius sudario erat ligata.*

Adhæc corpus sindone erat inuolutum, atq; insutum, haud dubiè, *sicut mos est Iudæis sepelire*, quod ex historiâ Dominicæ passionis intelligitur. *d* Quamuis ergò tot fascijs & vinculis ligatus esset: tamen ex profundo sepulchri, nullius hominis operâ ad-

d Ioan. 19 v. 40.

â adiutus, subitò, citiùs quàm
quiuis homo solutus ac liber
ossit, prodijt, id faciente iussu
ESV, cui maiora & tenaciora
nortis vincula obsistere non
otuerant. *Quomodo processerit*
gatis pedibus miraris, rogat Au-
ustinus, *& non miraris quia*
irrexit quatriduanus? in vtroq;
otentia Domini est, non vires
ortui. Prodire ligatum, non mi-
ùs admirandũ videbatur' quàm
citari, inquit Chrysostomus:
, quod addo ex Theophyla-
o, *verè miraculum erat vinctũ*
oueri, coniunctum miraculo re-
rrectionis. De quo insigniter
upertus scribit in hæc verba:
Mirares: sic enim ligatus, nec
dibus ambulare, nec saltem ma-
bus reptare, sed nec oculis, quò
odiret, potuit videre. Quid ergò
bis Euangelista hac prodeuntis

descriptione innuit, nisi magnam fuisse fortitudinem vocis vel clamoris, qui mortuum ligatum ad viuos excussit, & excutiendo de mortuo viuum fecit? Quod si magnum & incomprehensibile est quantum erit illud cuius hoc præconium est? Quomodo exsilient mortui de sepulchris, ad rugitum leonis immortaliter regnantis, ita nunc exsiliuit iste ad balatum agni lanistarum cultro appropinquantis? Hæc Rupertus.

Cur Lazarus ligatus prodierit ex sepulchro?

Sed quare, vt ligatus prodiret, voluit IESVS, cui facile fuisset vincula simili virtute soluere? voluit, vt eo habitu prodiret, quo fuerat à domestic & amicis è Ierosolymis ad fu nus euocatis, hîc iam adstant bus, à quatriduo sepultus, ipsissim⁹ esse certissimè cogn sceretur. Quam ob causam et

im iussit, vt ipsi vincula soluerent, quod sequitur, *Dixit eis* IESVS: *Soluite eum*, dissoluite fascias sepulchrales, auferte sudarium à capite, vt oculis videat, ore respiret, cæterisq; sensibus vtatur: Auferte institas à manibus, vt liberè eis vti; à pedibus, vt ambulare possit: denique dissuite sindonem, ne corpore compressione angatur.

Poterat IESVS per se ipse hæc impedimenta vel verbo dirupisse (quod diximus) sed vti voluit ministerio adstantium, vt ipsi testes essent non fictæ resurrectionis, dum rediuiuum corpus ipsi soluerent, viderent, palparent, tractarent: *Iussit solui*, inquit Chrysostomus, *vt astantes & propiùs facti nosceret, verè resurrexisse.* Addidit etiam, *& sinite abire* quò velit: nec enim

nim, quamdiu ligati essent pedes & velati oculi, quoquam abire aut progredi poterat. *Hinc apparet*, inquit Caietanus, *quòd miraculosum fuit, ligatum exisse foras: non poterat siquidem modo ambulare, nisi solueretur. Sinit abire*, ambulare, inter viuos agere, vitæ vsurâ frui: neq; enim in speciem, sed verè viuus est neque ad momentum tantùm vita ei restituta, sed sicut priùs, antequam moreretur, immò antequam ægrotaret. Nam qui vi morbi defectus viribus omnibus, mortuus fuerat, sanus & validus reuixit. Id incessus, & ambulatio, & inter homines deniq; conuersatio, confirmauit.

Quid Lazarus resuscitatus primò egerit.

Iam hîc relinquit intelligendum Euangelista, quòd solutus vinculis Lazarus, abierit à se-

pul-

lchro, amictus sindone super
do, spectantibus præsentib⁹
nibus, præ lætitiâ ac gaudio
ij; magnitudine stupefactis:
primùm quidem, IESVM
torem vitæ sibi restitutæ re-
gnoscens, pronus adoraue-
: deinde dulcissimas sorores
ulatus, & amicos præsentes
plexus fuerit, omnibus cer-
im in collum rediuiui ruen-
us, & in vitam reditum ei
tulantibus: postremò (non
bium) iniecto in eius hume-
pallio, & domum abijt cum
oribus & amicis; sororibus,
e nunc demum lætæ intelle-
unt nuntium illud non ita
dem sibi missum: *e Infirmitas* e Ioan. 11.
non est ad mortem, sed, &c. v. 4.
icis, qui cùm venissent vt
ores consolarentur & mor-
m deflerent, gaudio exsul-

tantes, rediuiuum à sepulchro domum reduxerunt, & cum eo cibum tandem potumq; sumpserunt, ita vt resurrectionis veritas modis omnibus confirmata permanserit. D. Chrysostomus existimat, quòd IESVS non congressus fuerit cum Lazaro domum, sed aliò potiùs diuerterit, ne in triumphum duceretur, & applausu gloriæ popularis oblectari. Quem imitatus Euthymius scribit: *Sinite abire, inquit, ne cum eo ambulans, laudis ac plausus causa fiat: vtq; per otium perfectiùs scrutentur cum qui voluerint.* Quibus duabus rationibus motus IESVS, consueuerat abs se ablegare eos quibus benefecerat. *f* Hoc miraculum à se edendum prædixerat IESVS vbi ait: *g Amen amen dico vobis*

Vtrum IESVS cum *Lazaro* domum iuerit.

f Ioan. 5. v. 8, 13. &c.

g Ibid. v. 25.

quia

uia venit hora & nunc est, quan-
do mortui audient vocem Filij
Dei, & qui audierint, viuent.
Hoc denique miraculum typus
est futuræ omnium resurrectio-
nis in nouissimo die, *quando o-*
mnes qui in monumentis sunt,
audient vocem Filij Dei, &
procedent, [h] *&c.*

[h] *Ibid: &*
c8.

MAGDALIS Asyriâ corpus perfundit IESV
Myrrhâ, nec curat murmura discipuli

CAP. XIV.

MARIA MAGDALENA secundo IESVM *vnguento perfundit; id quam pretiosum.*

ANN Maria Magdalena bis tantùm, an etiàm tertiùm iteraverit vnctionis officium apud non paucos dubium controversumq; est: posteriorem sententiam sequitur & defendit Card. Baronius dùm ita scribit: [a] *Post primam vnctionem factam in Galilæâ in domo Simonis à Lucâ* [b] *descriptam, secundò* [c] *in Bethaniâ ante sex dies Paschæ eadem quoq; vnxit pedes* IESV *& capillis tersit, vt priùs egerat. Tertiò vnxit quando biduo ante Paschа, vt tradit Marcus,* [d] *itidem Bethaniæ in domo*

Quoties Magdalena IESVM vnxerit.

[a] A.C. 32.

[b] Cap. 7. §. 38.

[c] Ioan. 12. §. 3.

[d] Cap. 14. §. 3. Matth. 26. §. 6.

Simonis Leprosi, fracto alabastro, effudit id genus vnguenti super caput IESV *recumbentis.* Conatur verò hanc sententiam pluribus argumentis asserere : verùm nulli meritò dubium esse debeat, secundum Augustinum, quin cæna, quam Ioannes factam Domino testatur, eadem sit cum eo conuiuio, quod etiam in Bethaniâ, sed in domo Simonis Leprosi, Matthæus & Marcus describunt; dicendumque eos per recapitulationem, suam descripsisse vnctionem, quod & ex ipsorum narratione, & ex ratione narrationis ipsorum est euidentissimum. Argumentorum contrariorum solutionem apud Iansenium[c] leges, qui de his prolixè agit : nos ad historiam nostram reuertimur.

[c] Concord. c. 109.

IESVS *ergò* postquam aliquam-

quam diu latuisset in Ephrem, *ante sex dies* pascha præcedentes, nempè in parasceue Sabbati (Sabbato enim non licebat maius iter agere, quale erat ex Ephrem in Bethaniam) *venit Bethaniam*[f], *vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit* IESVS. *Fecerunt autem ei cœnam ibi* discipuli & amici eius loci, Lazarus, Maria, Martha, Simon Leprosus, & alij, non aliâ causâ quàm IESV, gratitudinis ergò, ob accepta abs IESV beneficia, nominatim recens illud resuscitati Lazari.

IESVS venit Bethaniam.

[f] *Ioan. 12. v. 1. Matth. 26. v. 6. Marc. 14. v. 3.*

Simulatq; IESVS die parasceues appuliisset Bethaniam, parata ipsi fuit cœna ab amicis, quæ postridie, Sabbato inquam (remansit enim die Sabbati Bethaniæ) exhibita ipsi fuit (nam licitum erat quid vel ciborum

Paratur ei cœna in domo Simonis Leprosi.

die Sabbati parare) idque in domo Simonis Leprosi, quod testantur Matthæus & Marcus, siue quòd vna eademque fuerit domus Simonis Leprosi & Lazari eiusq; sororum, siue quòd domus vicinæ fuerint, & Simonis quidem commodior, siue quòd hi omnes sanguine ad se mutuò attinuerint, siue quod indubitatum est, familiares amici fuerint arctissimè conuincti sibi inuicem fide in IESVM Christum. *Et Martha ministrabat*, [g] *satagebat circa frequens ministerium*, vt Lucas ait, [h] sedula pro suo more, nec contenta famulis ministerium committere. Quamuis suo iure posset mensæ accumbere, vt quæ cænam ipsam cum cæteris exhiberet: tamen honorandi Domini causâ, mauult mensæ ministra-

[g] Ioan. 12. v. 2.
[h] Cap. 10 v. 40.

nistrare: etsi quidam dicant, ad huiusmodi cænas, mulieres, pueros, & seruos, Iudaico more, non solere admitti accumbendi gratiâ sed solummodo ministrandi.

Lazarus verò erat vnus ex discumbentibus cum eo. Nihil mirum quòd Lazarus inuitator Domini mensæ suæ ipsius accumberet: sed hoc ideò memorat Euangelista, vt probet veritatẽ resurrectionis Lazari, perseuerantiâ vitæ. Nõ enim vt reuixit, mox iterùm mortuus est, sed superfuit vixitq; multis pòst diebus, edens, bibens, sermones miscens, & familiariter cum hominibus alijs conuersans, ita vt dubitari non posset quin viueret, quem mortuum fuisse constabat. Declarabatur igitur hac ratione, non esse phantas- Lazarus discumbit cum Iesv.

ma aut ſpectrum loco Lazari, ſed ipſum Lazarum è monumento verè productum, & humanæ vitæ reſtitutum, ita vt hoſtes vel inuiti fateri cogerentur miraculum.

Magdalenæ cura in vngendo Iesv.

Martha miniſtrabat Iesv officij causâ, Lazarus menſæ aſſidens ſeruiebat Iesv teſtimonij loco, & tamquam trophæi ex morte reportati: Maria ergò altera ſoror Lazari, ne ſuis in ſolemni illo conuiuio partibus deeſſet, intenta quâ optimè ratione Dominum poſſet honorare, vt omnes ſuperaret officio quos vincebat amore, *accepit libram vnguenti, nardi piſtici, pretioſi*, [i] id eſt, vnguentum menſurâ libræ, alabaſtro vtiq; contentum. Vt autem Romanis, ita non dubium udæis, quo tempore Romanis ſubeꝛant,

[i] *Ioan. 12 v. 3.*

Libra duplex,

rant, constat duplicem fuisse libram, mensuralem & ponderalem. Libra mensuralis, erat mensura cornea, quâ oleum admetiebantur, intersecta lineis quibusdam, diuidentibus ipsam in duodecim partes æquales, quæ vnciæ dicebantur. mensuralis & ponderalis.

Vnguentum autem fuit nardum pisticum seu nardus pistica. Porrò Nardus fœminino genere seu Nardum neutro, describitur à Plinio *k* his verbis: *De folio nardi plura dici par est, vt principali in vnguentis. Frutex est, graui & crassa radice, sed breui ac nigra fragilique, quamuis pingui, situm redolente vt cyperi, aspero sapore, folio paruo densoque. cacumina in aristas se spargunt: ideò gemina dote nardi spicas ac folia celebrant.* Hæc Plinius, qui inter varia genera nostri orbis, Nardus pistica quid?

k Lib. 12. c. 12.

bis, Syriacum præfert reliquis. Retinet hæc herba etiam hodie nomen ſuum in officinis: cui non diſſimilis eſt ea, quæ nobis *lauendula* vocatur, quam pſeudonardum appellare videtur Plinius, cùm paulò pòſt ſubiungit: *Adulteratur pſeudonardo, herba, quæ vbiq; naſcitur craſſiore atq; latiore folio, & colore languido in candidum vergente.* Cæterùm nardus hîc, non pro ipsâ herbâ accipitur, ſed pro vnguento ſeu liquore ex eâ herbâ educto, quemadmodum & accipitur in ſacrâ ſcripturâ *l*: *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum*; Sic accipit, & Horatius, vbi ait, *Nardi paruus onyx*; rursùs Tibullus: *m*

Illius puro diſtillent tempora nardo.

Lauendula pſeudonardus.

l Cant. 1. v. 12.

m Lib 2. Eleg.

Ex

Ex nardo enim pretiosissimum vnguentum fieri solere, vt suprà Plinius, ita Clemens Alexandrinus [n] testatur. Consuenerant autem quidam alij odores admiscerì, quos rursus Plinius enumerat: [o] *Nardinum*, inquit, *siue foliatum, constat amphacio, balanino, iunco, costo, nardo, amomo, myrrha balsamo.* Quod autem Ioannes vocat *nardum pisticum*, Marcus appellat *spicatum.* Duplex est enim vnguentum nardinum, vnum dicitur spicatum, quòd fiat ex spicà nardi, alterum foliatum, quòd ex folio: vnde Plinius superiùs, *gemina*, inquit, *dote nardi spicas & folia concelebrant*; & Cælius [p]: *Spicata*, inquit, *vnguenta & foliata, inter Romanorum delicias appellatione latina dici, therapeutices octauo Galenus scribit.*

[n] *Lib. 2. pædag. c. 8.*

[o] *Lib. 13. c. 1.*

Vnguentum Nardinum duplex, spicatum & foliatum.

[p] *Lib. 27. ant. lect. c. 26.*

Ex

Ex radice nardi non perinde ſincerum erat vnguentum: *adulterabatur enim*, Plinio teſte, *ſua ipſius radice, permiſta ponderis cauſa.* Græcè pro *ſpicati* legitur πιστικῆς *piſticæ*: quæ vox, vel deducta à πίστις *fides*, poſita eſt pro fidelis, germanæ, puræ, minimeq́; vitiatæ (quomodo poſt D. Hieronymum in Matthæum interpretantur Theophylactus & Euthymius, quamquam apud probatæ linguæ auctores nō legatur in eâ ſignificatione) facilè nardum adulterari ſæpè monet Plinius, nominatim vbi ait, poſt deſcriptum nardinum vnguentum: *In hoc genere conueniet meminiſſe, herbarum quæ nardum Indicum imitentur, ſpecies nouem à nobis eſſe dictas: tanta adulterandi materia eſt.* Vel eſt latina

vox

vox *spicatæ*, corrupta vt græcè scribitur πιστικῆς pro σπικατῆς, quam proinde latinus Interpres vel retinuit vel restituit. Latinas enim has voces φολίατὸν & σπικατὸν, à Galeno & Æginetâ græcè vsurpari in vnguentis nardinis, annotant docti quidam: præterhoc quòd ναρδόσταχυς *spica nardi*, græcis latinisq; celebris est. Sunt qui πιστικῆς positum dicant pro liquidâ, παρὰ τὸ πῖν, quasi potabilem dicas, vt significetur vnguentum fuisse, non spissum, sed liquidum, quale conuiuijs maximè congruit: sed minùs probabilis hæc deriuatio est. Syrus dixit *nardin risoio*, quod à capite deductum, quidam interpretantur *nardum capitatam*, quod faciat pro *spicata*, alij *nardum*

dum capitalem siue præstantem.

Spicatum excellentius foliato.

Cæterùm vtrumq; vnguentum nardi pretiosissimum fuit & spicatum & foliatum, excellentius tamen fuisse videtur spicatum. Non vulgare igitur vnguentum fuit ac promiscuum, sed singulare & magni pretij.

Quemadmodum enim æquum erat, Christo ad conuiuium solemne inuitato, ab ijs qui iam in ipsum credebant, & agnoscebant quis esset, honoris causâ parari epulas exquisitiores, quàm in vulgaribus conuiuijs proponi consueuerant: ita putauit hæc mulier, ad vngendum Christum, vtendum sibi pretiosiore vnguento, quàm ad vngendum quemuis alium vti mos esset.

Subdit S. Ioannes: [9] *Et vnxit pedes* IESV, *& extersit pedes eius capil-*

[9] *Cap. 12. ℣ 3.*

capillis suis. Hysteron proteron: nam priùs extersit, posteà vnxit, quem ordinem seruauit Lucas: si enim è diuerso, priùs vnxisset, posteà extersisset, potiùs vnxisset illa capillos suos, quos minimè vnctos esse volebat, minimeq; dignos vnctione iudicabat, quàm pedes IESV: vt etiam non erat vnguentum abstergendum. r Cap. 7. v. 38.

Et quidem extersit capillis suis, non solùm externa bona sua, sed etiã ipsa corporis sui membra in obsequium Christi impendens. Capilli præcipuè ornamento sunt mulieribus, quibus solent proinde maximè gloriari, illosq; curiosissimè seruare à sordibus: atqui hæc, capillos suas congruos æstimauit; inferendis sordibus pedum IESV; suum caput quod pedibus, & or-

Capilli præcipua mulierũ ornamenta.

& ornatum ſuum qui ſordibus
IESV, conferretur, indigna iu-
dicans, req; ipsâ implens quod
verbis de ſe Ioannes Baptiſta di-
s Mart. 1. §. 7. xerat: s *Cuius non ſum dignus*
procumbens ſoluere corrigiam cal-
ceamentorum eius. Hinc Chry-
ſoſtomus: t *Quippe cùm capilli*
t Hom 81. in Matth. *abſtergeret pedes eius honorabilius*
in toto corpore membrum, caput
dico ſuum, pedibus Chriſti ſubijci-
ebat; & in hunc locum: *Qua*
non erant indicia, inquit, quod
de IESV *quidquam ſuſpicaretur*
vt multitudo.

Exterſit autem *pedes eius*
tamquam Domini ſui, *tamquam*
Dei, ait Euthymius; *pedes*, lu-
toſos ac puluerulentos: incede-
bat enim IESVS nudipes aut
certè ſoleatus, pro more pau-
perum eius regionis, cænaturus
autem exuerat ſoleas, quem lu-
dæo

dæorum tunc fuisse patrium morem, quidam annotant.

Et postquam extersisset *vnxit pedes* IESV, Matthæus & Marcus dicunt *caput*, Ioannes suppleuit *pedes*, vt totus IESVS in sepulturam proximam à Mariâ vnctus fuisse intelligatur; sic D. Augustinus. *u*

Vnxit Maria pedes & caput IESV.

u Lib. 2. de Conf. Euang. c. 79.

Priùs enim, memor remissionis peccatorum olim ad pedes IESV obtentæ, vnxit pedes: deinde verò fracto alabastro supra caput IESV, effudit vniuersum vnguentum in caput & reliquũ corpus eius. Res quidem erat inusitata, vt pedes vngerentur; vnde quasi de luxuriæ miraculo loquens Plinius *x* ait: *Vidimus etiam vestigia pedum tingi* (vnguentis) *quod M. Othonem monstrasse Neroni principi ferebant: quæso vt qualiter sentiretur iuua-*

Inusitatum, pedes vngi.

x Lib. 13. c. 3.

retq;

retq; ab ea parte corporis? At certum est, non lasciuiæ, sed humilitatis, simul & gratitudinis causâ, id factum à Mariâ: vt quibus officijs olim testata fuerat pœnitentiam, nunc gratitudinem testaretur. *In omnibus enim talibus, non vsus rerum, sed libido vtentis, in culpa est,* inquit Augustinus. ỳ

ỳ *Lib. de doctr. Christ. c. 12.*

Et fracto alabastro, effudit super caput eius. z Quod dicitur *fracto*, plùs quàm aperuisse, minus quàm comminuisse aut contriuisse, videtur significari: nam supra caput comminuere, non poterat absq; periculo læsionis; seorsum autem, non absq; iacturâ vnguenti. Fregit igitur, vt vertit Interpres, quēadmodum frangas ouum medium. & quidem supra caput, vt, cùm ore angustiore esset vascu-

z *Marc. 14. v. 3.* Cur alabastrum fregerit

culum (quod notat Euthymius) totum quod inerat simul senelq; effunderet, nec quidquã ibi retineret. Hinc arbitrantur quidam, vasculum, non ex alabastrite lapide confectum fuisse, tametsi alabastrum vocetur, sed ex aliâ fragiliori materiâ, sicut vitro.

Porrò vnguentorum vsus celeberrimus in conuiuijs erat magnificentioribus & festiuioribus, paratis ad excipiendos & modis omnibus recreandos gratissimos amicos in quorum capita ea effundebant eorum præsertim quos honoratissimè tractare & iucundissimè reficere vellent, *a* ita fiebat, vnguento ex capite in reliquum corpus vesq; defluente, vt sibi alijsque optimè ac iucundissimè oleant, nec vlli sensuum inter

Vnguentorum vsus in conuiuijs quando & quare adhibitus,

a Psal. 22. v. 5. Luc. 7. v. 46.

conuiuandum sua deesset vo-
luptas. Quâ de re Cælius *b* *Cum bellarijs*, inquit, *corollisq́, in mensas secundas veniebant vnguenta.* Et liquor quidem duplex reficiebat, vnguentum foris, vinum intus: quam ad rem alludit Psalmus. *c*

b *Lib. 27. c. 24.*

c *Psal. 103. §. 15.*

Hunc morem mulier hæc imitata, vt erat mos patriæ, *d* inter cænandum effudit vnguentum suum in caput IESV, non tamen luxus aut deliciarum causâ, sed vt IESV quidem dignitatem, suam ipsius verò erga IESVM, fidem, amorem, gratitudinem denique, hoc argumento testatam faceret, quippe quæ *non vt nudo homini afferret honorem*, quod ait Chrysostomus, *sed vt maiori cuidam supraq́, hominem.*

d *Vide supra c. 5.*

Credebat illa IESVM esse Filium

ium Dei qui in mundum ve-
niſſet, id eſt, Filium Dei ho-
minem factum: nam ſi Martha
ſoror ipſius id crediderat, *e* mul-
o magis ipſa, quæ optimam
partem elegerat *f*. Credebat
ESVM eſſe Chriſtum ſeu vn-
tum Domini, quem Deus Pa-
er præ ſocijs omnibus vnxiſſet
leo lætitiæ, dato Spiritu absq;
menſurâ. Nouerat eum breui
ccidendum, & quidem ſpon-
ſeipſum in mortem daturum:
am ſi hoſtes nouerant id ab
ſo prædictum fuiſſe, *g* multo
agis domeſtici fidei. Memor
at ſummorum beneficiorum
os IESV acceptorum, olim
uidem remiſſionis peccato-
m ſuorum iuſtificationisque,
nuperrimè verò reſuſcitatio-
s Lazari fratris ſui.

Amabat IESVM plurimùm

Maria credidit IESVM eſſe Filium Dei.

e Ioan. 11. v. 27.

f Luc. 10. v. 42.

g Matth. 27. v. 63.

h Luc. 7. v. 48.

i Ioan. 11. v. 44.

Eundem plurimùm semper amauit. k Luc. 7. v. 47.

iam inde ab initio, quo in eum crediderat; *dimissa enim fuerant ei peccata multa, quoniam dilexerat multum*, k qui quidem amor eius erga IESVM Saluatorem suum, non deferbuit deinde, sed multùm profecit, magnumque cepit augmentum. Ex huiusmodi igitur sanctâ animi affectione, dedit se ad vngendum IESVM, iuxta morem quidem conuiuiorum, sed vt reficeret laboribus fatigatum, vt solamen adferret ad mortem properanti, aut potiùs sibi mæstæ eam ob causam, deniq; vt honoraret benefactorem suum, Christum Dominum & Filiũ Dei viui: atque ad hoc vsa est vnguento omnium quod habere potuit pretiosissimo, & quidem copiosissimè, nihil reputans nimium, quod ipsi impendere posset,

oſſet, cuius contactu non eſſe
ligna ſciret omnia regum toti-
ſq; mundi vnguenta, adeoq;
ihil in rebus creatis ita eſſe pre-
ioſum, quod ipſius dignitatem
equare, vel quo non meritò eſ-
et honorandus, immo quo
on longè dignior ipſe foret,
um ob propriam dignitatem,
um ob eius erga ipſam merita;
arata denique corpus & ani-
nam gloriæ ipſius impendere.
Non ſolùm enim vnxit caput,
eru netiam pedes, quod iam
uprà ex Ioanne dixim⁹, & qui-
lem terſos priùs capillis ſuis ab
umi proſtrata.

Aliàs *l* ſolos unxerat pedes, *l Luc. 7.*
eccatrix adhuc cùm eſſet: iam *v. 38.*
uſta & alacrior IESVq; familia-
rior reddita, audet etiam ca-
ut, adeoq; totum ipſius cor-
us perfundere.

Et domus (non tantùm cœnaculum) *impleta est ex odore unguenti*, tantæ fragrantiæ pretiositatisq; fuit: nihil enim illa esse iudicauit par dignitati IESV, quod mox diximus. Vnguenti commendatio ab effectu, ab odore inquam, qui perfido Iudæ mortem attulit. *Maria ergo*, inquit Chrysostomus, *non ministrabat, sed discipula hîc etiam erat & spiritalibus magis afficiebatur: neq; enim ministrabat tamquam vocata, neq; communi vacabat ministerio, sed soli* IESV *honorem impendit, neq; tamquam homini adest, sed tamquam Deo.*

CAP. XV.

APOSTOLORVM quorundam contra Mariam indignatio.

VIdentes autem discipuli, [a] Apostoli, *quidam* addit Marcus [b]; præsertim verò *Iudas*, quem nominat Ioannes, [c] duas ob causas; vnam, quòd fuerit auctor obmurmurationis aliorum, quia nemo ex alijs obstrepere vmquam ausus fuisset, nisi impia Iudæ obtrectatio instar facis eos accendisset, vt hypocritæ sunt flabella ad inflammandos alios; Alteram, quia reliqui, mente simplici, propter pauperum curam; Judas, ficta ac subdola mente non quia pauperum curâ tangeretur, sed

[a] *Matth.* 26. §. 8.

[b] *cap* 14. § 4

[c] *cap.* 12. § 4.

Iudas obmurmurationis auctor.

quia fur erat, obmurmurauerit. Vtramq; causam intelligere licet ex D. Augustino. *d* Quare Victor Antiochenus in Marcum scribens: *Dominus*, inquit, *qui omnium sensus & corda comperta habebat, tametsi generali oratione vtatur, solum Iudam tamquã auarum perstringit veriùs quam reliquos discipulos. Norat enim, ex quadam potiùs animi simplicitate, quàm ex malitia aut inuidia, mulieris factum improbasse.*

d Lib. 2. de cons. Euang. cap. 79.

Cur Apostoli indignati sint.

Quidam ergò Apostolorum, re non satis consideratâ, indignati fuerant, moti Iudæ detractione, qui primus auctor fuit huius accusationis: vt ferè fit, vt primâ alicuius fraudulenti & improbi oratione, simplices alij in eamdem sententiam subitò impellantur, vnde sapientiori dicto,

licto reuocentur, sed ille im-
robus auctor non reuocetur.

Præceptorem itaq; præsen-
em, quid id permiserat, reue-
iti, non omnino palàm aude-
ant animum prodere: non ta-
nen se continebant, quin mu-
eri declararent rem sibi displi-
ere, imò *fremebant in eam*, e
uam erga illam indignationem
nurmure ac voce ipsi ostén-
lentes. Non audebant in IE-
VM fremere, qui id permise-
at, vt quem reuerentur: sed
duersus mulierem fremunt, li-
et piè prodigam: nihil enim
ninùs perit, quàm quod im-
enditur gloriæ Christi.

Dicebant autem: *f Vt quid*
erditio hæc? inutilis ista profu-
io vnguenti adeò pretiosi fa-
ta est, ex Marco q. d. nulla est
ausa iusta, sed manifestus est

e Marc. 14. v. 5.

f Matth. 26. v. 8.

luxus, meritò coarguendus. Addunt etiam causam, quare existiment perditionem esse, cuius nulla fuerit vtilitas aut iusta causa, dicentes: *potuit enim istud venundari multò*, magnò. immò *pluquàm trecentis denarijs*, quod habet Marcus. *g* Ex odore quem vnguentum effusum reddidit, *h* iudicarunt de vnguenti & specie & pretio. Si ergò denarium minorem intelligas, cuius vsum in communi sermone frequentiorē fuisse probabile est, denarij trecenti hodie sint septuaginta octo floreni seu libræ turonicæ cum solidis seu patardis quindecim. Erant enim in communi tunc vsu apud Iudæos Romana numismata: ex quibus erat denarius argenteus, sic primùm dictus quòd denos æris asses valeret. Plerique autem hodie

g Cap. 14. v. 5.
h Ioan. 12. v. 3.
Trecenti denarij quantam summam conficiant.

lie Budæum sequuti, denari-
im drachmâ æstimant: B. Ari-
s Montanus, qui Iudæorum
es scrutatur, duplicem docet
pud Iudæos in vsu fuisse dena-
ium; vnum minorem, cuius
ondus granis hordei 96. defi-
it, quod non multo amplius
st quàm vnius drachmæ; ma-
orem alterum, qui quartâ vn-
iæ parte constet, sitq; dimidius
iclus, didrachmum græcè, ne-
is duplex Regalis Hispanicus.

Magnum pretium vnguenti
emel in vnum conuiuam effusi,
deoque excedentis eum valo-
rem. Vnde licet duo quædam
ntelligere; vnum mulierem
anc fuisse diuitem, vt cui sup-
petierit tanti pretij vnguentum;
Alterum, magnâ fide charitate-
que erga Christum fuisse præ-
ditam. Quare Victor Antio-

Magdalenam fuisse diuitem & amore Christi ardentem.

chenus: *Cùm discipuli*, inquit, *vnguentum illud plus trecentis denarijs diuendi potuisse asserunt, quantum mulier illa in vnguentum illud insumpserat, quantumq; ex consequenti animi alacritatem & pietatem erga Christum declararit, nobis diuinandum relinquunt.*

Cur pretium vnguenti pauperibus esset dandum.

Addunt prætereà pretium venditi vnguenti potuisse *dari pauperibus*, q. d. Si volebat ipsa vnguento illo carere, nec vltrà illud apud se seruare, quippe delicioſius quàm deceat discipulam, sed donare IESV præceptori; non debebat inutiliter effundere illud in corpus ipsius, qui delicijs huiusmodi non capitur, immò verò adhorret ab huiusmodi luxu, sed nobis illud dare vendendum magno pretio, quanti valet, quod pretium

um ex doctrinâ & mente præceptoris distribui à nobis potuisset pauperibus, & multis vtile esse. plausibilis reprehensio.

Erat quidem IESVS ipse pauper, viuebatq; ex piorum eleemosynis: sed non interpretabantur Apostoli, officium istud à muliere exhibitum IESV vt pauperi, quòd non pauperum, sed luxuriantium diuitum esset, hoc modo vngi: nouerant autem, solere IESVM, quod supererat necessarijs vsibus ipsius & discipulorum, distribui iubere pauperibus. / Itaq;, cùm hinc contemptum deliciarum, illinc eleemosinæ studium, hactenus tàm exemplo, quàm verbo exactissimè docuisset discipulos suos IESVS, totius temperantiæ frugalitatisque exemplar, non vsq; adeò mirum fuit, si quos

/ *Ioan. 13. v. 29.*

si quos eorum primâ fronte offendit huius mulieris factum (quamquam permissio præceptoris sufficere ipsis debuerat, vt intelligerent iustam subfuisse rationem) sed aliâ mente Iudas, huius obmurmurationis auctor, aliâ reliqui, offensi sunt & pauperum curam obiecerunt: hi namq; sincerè, vt sentiebant, loquebantur; ille simulatè, non commodi pauperum, sed proprij sui gratiâ, furto volens rebus suis prouidere, quod Ioannes declarat dum scribit: k *Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens ea quæ mittebantur, portabat.* Aperit Euangelista quâ mente Iudas hoc dixerit, non aliâ scilicet, quàm vt auaritiæ suæ velamen & prætextum à pietate ac curâ

k Ioan 12. v. 6.

pau-

pauperum quæreret, non quòd egenorum curà tangeretur, quamuis commissa ipsi esset illorum cura; *sed quia fur erat* non qualiscumq; sed sacrilegus, fur locorum sacrorum, loculorum dominicorum, *in suum vsum rapiens*, inquit Theophylactus, *quæ in diuinum dabantur*. Nam *loculos habens*, (quæ fuit illi furandi opportunitas) à IESV sibi creditos, *ea quæ mittebantur*, s. intrò, ea quæ injiciebantur in marsupium siue loculos ab ijs qui credebant in IESVM aut eius erant studiosi, *portabat*, ferebat. *Portabat*, quærit Augustinus, *an exportabat? sed ministerio portabat*, inquit, *furto exportabat. portabat malâ fide*, vt sæpè solent qui pecuniam seruant communem.

Iudas fur & sacrilegus.

Pauperem enim vitam profiteba-

tebatur IESVS cum Apostolis suis, accipiebat itaque dona & eleemosynas quas sponte largiebantur ij qui ipsi fauebant, idq; ad seipsum & familiam seu collegium suum sustinendum: nec simulatque data essent, omnia expendebat, vel in familiæ suæ, vel in pauperum vsus, sed reseruabat etiam quædam aliquando in futuros vsus, quòd non, quocumq; diuertebat cum suis, occurrerent, qui tot capita alere aut possent aut vellent. Porrò quòd ipsius Apostolorumq; necessarijs vsibus supererat, hoc dari iubebat pauperibus alijs. Erat ergò Iudas marsupij communis portator, ipsi credita fuerat abs IESV communis pecunia custodienda, & expendenda pro iussu ipsius IESV domini ac magistri. Ille verò in-

IESVS pauperem vitam. & eleemosynis agebat.

rò infidus, & doctrinæ pietatisque IESV contemptor, iam tum meditans deserere IESVM suffurabatur ex creditis sibi nūmis, quantum lubebat, & sibi ipsi clàm reponebat, paulatim hinc sibi censum augens, & colligens peculium, quo viueret abs IESV consortio separatus, eo magis fortasse, quòd sæpè audiret IESVM de imminentibus sibi & discipulis suis persecutionibus ac morte sermocinantem.

Cur IESVS Iudam temporalium administrationi præfecerit, eumq; furem tolerarit.

Quamquam autem sciret IESVS ipsum esse huiusmodi non tamen amouit eum, immò quamquam præsciret ipsum fore huiusmodi, ipsi tamen hoc officij commisit, nec alium potiùs œconomum constituit: vt doceret capita Ecclesiæ suæ, non quidem fures deligere, quibus

bus committerent administrationem temporalium (nam id quod ipse hac in re fecit, ad profundam diuinorum iudicium abyssum referendum est) sed infimos & minimos, qui ad spiritalia gerenda minùs essent idonei, præficere temporalibus, potiusq; fures pati, quàm vel ipsi vel alij ad regni Dei negotia apti (quales erant reliqui omnes Apostoli) his se vel præcipuè vel admodùm occuparent.

Quantum ab hoc IESV exemplo absunt, ij Ecclesiæ Præsules, qui spiritalium rerũ curâ alijs relictâ, ipsi temporalium & pecuniariæ rei dispensationem sibi retinent, hanc quidem nemini, illam verò cuiuis facilè confidentes? Lege D. Bernardum *l*

l Lib. 4. de consid. c. 6.

Iudas igitur cùm fur esset, ægrè

grè tulerat vnguentum illud pretiosum in corpus IESV effusum fuisse, & non potiùs IESV dono datum: sic enim ipsi commissum fuisset vendere illud, & pretium loculis excipere, deinde meliorem partem pauperibus distribuere (quòd tantum nummorum numerum non consuesset IESVS in loculis retineri iubere) ac proinde licuisset ipsi inde suffurari, & peculium suum bono nummo augere. Ergò fecit Iudas quod impietas solet, aliud prætexebat, aliud in corde agitabat.

CAP. XVI.

IESVS MARIAE FACTUM excusat, & mirè prædicat.

SCiens autem IESVS hanc iniquam discipulorum suorũ indignationem aduersus mulierem & reprehensionem operis à se permissi, tametsi ad aures eius querelæ perlatæ non essent. Verisimile est enim discipulos ita fuisse indignatos, & prodigalitatis insimulasse mulierem, vt mulierem quidem intelligere, IESVM verò latere illud vellent: sed nihil latere IESVM potest, *qui scrutari nouit etiam renes & corda.* *Ait*, ergò *illis: Quid molesti estis huic mulieri?* [a] Quid labores seu molestias præbetis, cur negotium

[a] *Matth. 26. & 10.*

facessi-

facessitis sine causâ? Non enim prohibuerunt discipuli mulierem ne vnguentum effunderet, quod illa omnibus inconsultis subitò breuiq; suâ sponte peregerat: sed postquam effudisset, non siuerunt eam esse quietam, molesti ipsi fuerunt, redarguerunt tamquam quæ peccâsset. IESVS itaq; reprimit illorum, non prohibitionem, sed indignationem.

Magdalenæ facta sæpius à IESV defensa.

Sæpius mulier ista, rebus sublimioribus addictior, egerat insolens aliquid, quod ab alijs non perinde fuerat intellectum, propter quod à IESV defendi debuerit, non iam solùm, verumetiam *b* cùm primùm lauaret, tergeret, vngeret & osculare tur pedes IESV; rursus, *c* cùm, ministerio omni corporali sorori relicto, ipsa otiosa sederet ad

b *Luc* 7. 37

c *Luc.* 10. 39.

pedes

pedes IESV audiens verbu illius. Itaq; ꝑ tacente & cauſa ſuam Domino committente reſpondit Dominus, non ſeue rè aut durè, ſed manſuetè repri mens indignationem ſuorum.

Non autem prodit animum Iudæ furacem, aut hypocriſi ſimulantis pauperum curam, nec ſeuerè impoſtorem vt me rebatur caſtigat (non enim mox aperienda, multoq; minùs ex probranda ſunt occulta crimi na) ſed hoc vnum agit, vt fa ctum mulieris tueatur, prohi beatq; ne ipſi moleſtia fiat. *Non illi ait*, inquit Auguſtinus, *pro pter furta tua dicis iſta: furem no uerat & prodere nolebat, ſed potiùs tolerabat, & ad perferendos malos in eccleſiâ nobis exemplum patientiæ demonſtrabat. Sine illam*, facere quod facit, non ſis

illi

illi molestus ob id quod fecit.

Opus enim bonum operata est in me. Non est perditio quod vos dicitis, sed opus bonum atque laudabile, quod illa *operata est in me.* Opus bonum, profectum ex plurimis virtutibus, humanitate, gratitudine, sublimissimâ fide, ardentissimâ charitate ac pietate, quemadmodum mox declarauimus.

Soluit porrò obiectionem de curâ pauperum, quæ fallebat discipulos, dicens: *Nam semper pauperes*, quorum curam prætexitis, *habetis vobiscum*, inter vos agentes, *&, cùm voluetis, potestis illis benefacere*, corporeis ipsorum necessitatibus subuenire, ac proinde semper vobis, quibus facultas suppetit, opportunitas est, eritq; illis benefaciendi. Non autem sic obligat

Eleemosyna non excludit officia humanitatis.

ligat eleemosyna, vt liberet ab omni officio alijs præstando, amicis, necessarijs, benefactoribus, maioribus. Hinc IESVS seipsum opponit pauperibus, non quòd ipse non esset, sed quòd non tamquam pauperi mulier officium hoc ipsi præstitisset. Opponit igitur se personam certam incertis, dominum seruis, benefactorem ijs quibus fiunt beneficia, amicum ignotis, dicens: *Me autem non semper habetis*, s. vobiscum, *quomodo nunc in omni conuictu & familiaritate*, inquit Hieronym[9]. Loquitur Christus de præsentiâ suâ visibili, quâ inter homines vixit, mortalis, passibilis, & hominum obsequijs egens. Non diu me habetis vobiscum conuersantem in carne mortali, ita vt possitis mihi benefacere, fouendo

uendo aut tractando hanc car-
nem meam humaniter, aut ex-
cipiendo me conuiuijs, vn-
guentis, vel alijs huiusmodi
corporeis beneuolentiæ argu-
mentis. Non diu hoc vobis aut
mortalium cuiquam licebit: nõ
diu poterunt huiusmodi mor-
ali carni meæ impendi, quæ
eruire possint pauperibus. Non
uit igitur ab hac muliere præ-
erenda eleemosyna officio
huic erga me, quemadmodùm
vos vrgetis, idq; ob temporis
circumstantiam. Parata est illa,
quauis datâ occasione, paupe-
ibus benefacere: sed non ideò
putauit & rectè, negligendum
ibi quod occurrit obsequium
nei, amici, benefactoris, domi-
ii, & præsertim iam parantis
bitum mortique propinqui,
quod illa nouit, cui breui non

ampliùs licebit etiamsi velit hac ratione mihi seruire. Vale igitur si mihi dixit, quid obmurmuratis? vt non defuit illa hactenus, ita non deerit posthac, officio suo erga pauperes.

Discimus hinc, quòd humanitatis officia, quæ alicui certæ personæ exhiberi postulat certum tempus, non sint prætermittenda, propter communia debita quæ indeterminatè debemus proximis; nec sic præceptum esse, omnia semper expendere in pauperes, vt non etiam aliquando, opportunitate datâ, liceat expendere aliqua in amicos, multoq; magis benefactores, &c.

Discipulorum obiectione dilutâ, declarat, inprimis quòd non semper ipsum essent habituri, quòd breui ipsis esset auferen-

ferendus, quod mox dixerat: deinde, opus esse bonum quod mulier in ipsum fecerat, officium enim esse sepulturæ: postremò, permissum illud à se, non causâ delitiarum, sed loco vnctionis sepulchralis. *Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum* (vt enim copiosè effusum fuerat, ita defluxerat ex capite in reliquum corpus) *ad sepeliendum me fecit*; vt ego sepeliar: quomodo decet & *mos est Iudæis sepelire*. Habebat Iudæorum consuetudo, vt cadauera suorum aromatibus condirent, antequam traderent sepulturæ: testatur Euangelium secundùm Ioannem. [d] Faciebant hoc, primùm, vt declararent perseuerãtem suum erga mortuos amorem, deinde vt cadauera, quamdiu liceret, à putrefactione &

Magdalenæ hoc factum quomodo laudabile.

[d] *Cap. 19. v. 40.*

fætore seruarent, deniq; ad testandam eam quam de mortui habebant spem resurrectionis.

Quare vnguentum sepulturæ adhiberi solitum.

Non consueuerat quidem vulgò tam pretiosum vnguentum ad sepulturam adhiberi quàm est nardinum (certè Joseph & Nicodemus, nihil aliud quàm mixturam myrrhæ & aloës, sepeliendo IESVM corpori mortuo adhibuisse leguntur.) sed Maria IESVM credidit omnibus alijs digniorem, etiam Regibus, quorum sepultura pretiosissima quæquæ adhiberi solita non est dubium.

e Ibid. §. 39.

Erat igitur hoc opus pium, nec vllo pacto reprehensibile: hoc idem mulier exhibere voluit IESV, viuo quidem adhuc, sed morti propinquo. Non ergò ad delitias aut luxum, sed ad sepulturam meam hoc fecit, inquit:

quit: constat enim non adhibe-
i cadaueri vnguenta ad deli-
ias.

Nouerat Maria Christum es- Magdale-
e morti propinquum, quod nam se-
am sæpius ipse prædixerat: ve- pulturam
ebatur vt mortuo sepulturæ IESV præ-
officium posset impendere, uidisse.
quippe quæ cognosceret rabi-
m odij principum aduersus IE-
VM: voluit igitur adhuc viuo
xhibere, si fortè mortuo exhi-
ere prohiberetur: itaq; inter
eliquas causas vngendi IESV,
uas suprà explicuimus, habuit
tiam istam. Nescio cur hoc di-
i non possit de hac muliere, &
ur pleriq; tractatores, non in-
endisse eam doceant vt IESVM
ngeret in sepulturam, sed ne-
ciam reipsâ id feciſſe, cùm non
bscurum mihi esse videatur,
ulierem hanc, & excepisse at-

tentiùs verba IESV, & plenio-
ri de IESV fide præditam fuisse,
quàm ipsi tunc Apostoli.

Sed dato quod hoc ipsa fortè
non intenderit, non intenderit
inquam vnctionem hanc IESV
impendere tamquam breuî se-
peliendo: at ea mens fuit Spiri-
tus sancti ipsam instigantis ac
mouentis (hoc enim omnes di-
cunt) & IESVS hanc ab ipsâ vn-
ctionem tamquam breuî sepul-
chro condendus suscepit. Quia
enim nouerat cum Spiritu san-
cto IESVS, ipsam summoperè
desideraturam & conaturam
vngere corpus ipsius à morte,
sed excludendam ab hoc nego-
tio acceleratione resurrectionis
ipsius: idcircò, vt pio ipsius
desiderio satisfieret, instigauit
eam Spiritus sanctus, & permi-
sit IESVS, vt sub mortem vn-
geret

geret quem à morte non pos-
set.

Sciebat quidem IESVS sibi
non defore à morte vnctionem
Nicodemi & Ioſephi Arima-
thæi: voluit hoc tamen mulie-
is pietati ante mortem indul-
gere, cum ſignificatione mortis
ſepulturæq; ſuæ inſtantis, vtili
diſcipulis præſentibus ac ſpe-
tantibus. Dicit igitur IESVS:
Profectò non ſemper habebitis
me, ita enim propinqua eſt
mors mea, vt vnctio hæc ſit mi-
hi ſepulchralis, ut vnctio hæc
ignifiacationem habeat inſtan-
is ſepulturæ meæ. Quare non
ſt vobis ſuccenſendum huic
mulieri, tamquam quæ prode-
erit, aut luxuriosè, aut fru-
ra, vnguentum hoc pretio-
am, ſed perſuadere vobis de-
ueratis, niſi iuſta ſubeſſet cau-

sa, nisi opus esset bonum & rationi consentaneum, numquã illud à me permittendum fuisse, quem nostis ab huiusmodi vitæ delitijs semper alienum fuisse.

Nemo vestrûm improbat morem vngendi mortuos, optimis quibusq; & timoratissimis inter Iudæos vsitatum, ad significationem spei resurrectionis pertinentem: non debetis igitur & hoc factum improbare, cùm mihi mortuo, neq; minor honor debeatur quàm cuiuis alij, neq; vlli magis propria resurrectionis ratio, significatio, spesq; sit, quàm mihi, qui me resurrecturum sæpiùs iam prædixi.

Porrò hæc mulier, sciens instare mortem meam, & verita ne mortuum me vngere prohibea-

hibeatur, instigante præsertim Spiritu sancto, qui certò nouit hoc ipsi negandum esse, opportunitate iam datâ vnxit moriturum, non ex more conuiuiorum luxurians, sed extremum officium mihi impendens quod quidem non odore suo, sed significatione sepulturæ ac resurrectionis meæ mihi gratum est, & à me suscipitur tamquam à mortuo iamq; sepeliendo, tam alieno ab omni appetentiâ ac delectatione deliciarum, quàm est cadauer. non enim hoc tempus deliciarum mihi est, sed mortis accædis: non delicioſus vngor, sed memor instantis mihi mortis, quam vobis inculcatam esse volo. hæc omnia implicitè superiorib⁹ verbis significat Iesvs. Adfert autem potiùs officium ac significationem

sepulturæ pro ratione boni operis, quàm humanitatem, gratitudinem, fidem, charitatem, aut pietatem mulieris, quòd hæc priùs quàm illa calumniæ esse potuissent obnoxia, apud Iudam proditorem: præterhoc, quòd mortis suæ instantis, cuius inculcandæ mentionem vndiq; captabat, memoriam discipulorum mentibus imprimere voluerit, signanter verò Iudam pungere, quem præsciebat, ex huius facti occasione, mox machinaturum mortem ipsius: q. d. inquit Chrysostomus in Ioannem, *Molestus sum & grauis, sed exspecta parumper, & migrabo:* tu interim caue, ne manus tuas meo sanguine polluas.

Ostendit autem ab effectu, opus illud mulieris, non qua-

lecum-

lecumq; bonum opus esse, sed excellentissimum, quippe quod æternam laudem per mundum vniuersum sit obtenturum. *Amen dico vobis*, (asseueratione vtitur, prædicens rem futuram, quæ difficiliùs credi solet) *vbicumq; prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit, in memoriam eius.* *f* Quemadmodùm solent egregia facta posterorum memoriæ commendari, recitabitur etiam hoc huius mulieris factum, quòd scilicet me vnxerit vnguento pretioso, non in vituperium, sed in memoriam laudemq; perpetuam ipsius, nimirùm mulieris. Erit hinc perpetua ipsius cum laude memoria. Sententia est, ex Tito in Matthæum & Victore Antiocheno in Marcum, Chrysosto-

Opus Mariæ excellentissimum, & perenni laude dignum.

f Matth. 26. v. 13. Marc. 14. v. 9.

mum præceptorem imitantis; *Tantùm abest vt ego illam condemnem, quasi male fecerit, aut reprehendam quasi minùs rectè fecerit, vt factum hoc nullo vmquã tempore latere permissurus sim. Etenim quod domi & in occulto ab illa factum est, hoc vniuersus terrarum orbis cogniturus est, quoniam mente pia & feruenti fide atq; animo contrito factum est: non enim tam propter impensas gratum fuit, quam propter fidem quam vnà cum vnguento obtulit. Hæc enim fragrantissimi odoramenti instar mihi fuit.* ita illi. Sic igitur vbiq; prædicandum hoc prædixit Christus, vt laudandũ & commendandum ab omnibus, tamquam opus bonum & egregium, à Dei instinctu & mulieris pietate profectum.

Discipulorum igitur & præ-

sertim

ertim Iudæ murmurationi atq;
btrectationi, totius orbis ter-
arum iudicium, defensionem,
t laudem opponit, affirmans
uòd omnes omnium seculo-
um homines magnis laudibus
elebrabunt, & gentium omni-
m consensu apud exteros & in
motis mundi plagis laudabi-
ur, quod domesticis visum fu-
at damnandum.

Impletio prophetiæ Christi.

Testata fuit hac voce genti-
m vocatio. Porrò quod tunc
rædixit Christus fore, cùm
illa appareret verisimili-
do, immò cùm aduersa o-
nia Euangelij prædicationi
stare viderentur, mors vide-
et ignominiosa ipsius, &c.
oc nos iam post tot secula
anifestè videmus impletum.
ctum iam videmus, ait Chry-
stomus, *quod prædixerat, &*

quo-

quocumq; terrarum ibis, han mulierem prædicari audies: quo quidem fecit virtus eius qui ho prædixerat. Multi hoc conſeq deſiderarunt, vt memoria ipſc rum per vniuerſum orbem te rarum viueret, idq; magnis ac hibitis laboribus efficere cona fuerunt: ſed non fuerunt con ſequuti, quod muliercula iſt nihil huiuſmodi cogitans, tùi quia facta ipſorum virtutis lat dem haud promeruerunt, tui quia defuit ipſis potentia fauto ris huiuſmodi. *Notandum au tem*, ait Beda in Marcum, *qui ſicut Maria gloriam adepta e toto orbe, quocumq; Eccleſia ſa Eta diffuſa eſt, de obſequio qu Domino piæ deuotionis exhibu ita è contrario, ille qui obſequ eius detrahere temeraria lingu non timuit perfidiæ nota longè l*

te

eq3 infamatus est, & Deo simul
utq3 hominibus meritò factus est
exosus: quamquam modestus Do-
minus, opus bonum laude perpetua
celebrandum prædicens, futuram
impij infamiam silentio prætе-
ierit.

Quòd porrò vnà cum Euan-
gelio prædicari Christus volue-
rit hoc opus, fuit, quòd perti-
neat ad historiam Euangelij à
Christo allati: hinc enim Iudas
occasionem sumpsit prodendi
Christi & tradendi in mortem,
qua morte ratum humano ge-
neri fuit Euangelium. quam ob
causam & à tribus Euangelistis
reteris mandatum fuit hoc fa-
ctum. Quod cùm ita sit, non
paruam irrogant Christo Do-
mino iniuriam, Caluinus eius-
que discipuli, ab ingenio Iudæ
non admodùm alieni, qui stu-
diosè

Cur Iesvs voluerit hoc factum vnà cum Euangelio prædicari.

Contra Hæreticorum cauillationes.

diosè hîc annotant, opus hoc extraordinarium fuisse, non probandum, nisi verbo Dei, id est, Christi, nixum, singulari Spiritus sancti instinctu factum fuisse constaret. Atqui, si ex parte dumtaxat Spiritus sancti, Mariam nesciam mouentis, & non etiam ex parte ipsius Mariæ, mente ac ratione optimâ instructæ, bonum ac laudabile fuit hoc opus, certè non vndequaque & absolutè bonum fuit (exemplo sit Caiphæ prophetia g) ac proinde parùm honorificum Christo, cuius prodendi occasio fuerit opus extraordinarium, ex suo genere non probandum. Cæterùm nihil tale veritus Christus, iussit illud vbique terrarum prædicari, nec latere voluit se illius occcasione à discipulo fuisse proditũ, propheta-

g Ioan. 11. v. 51.

phetauit illud laudatum iri ab omnibus (nihil enim moratus est Caluinianos) deniq; mulierem eo perpetuò futuris temporib⁹ nobilitandum prædixit. Censuit igitur opus fuisse virtutis perfectissimæ ac memoriâ laudeq; sempiternâ dignissimæ, qualem supra explicuimus. Et quamquam pro boni operis ratione non aliud adferat, quàm significationem propheticam instantis sepulturæ suæ: non tamen id facit vt excusetMariam, quod ille audet dicere, sed adfert id, quòd calumniæ minùs obnoxium, & scitu tunc vtilius esset, relinquens Ecclesiæ suæ, à quâ bonum illud opus præcipit promulgari, ampliorem opportuno tempore illius interpretationem. Sed quorsùm ista Caluinus? vt reprobet corporeum

cul-

cultum, vt ipſe loquitur, cereorum, ſuffituum, ornatusq; magnifici, quibus vtuntur Catholici: opus enim extraordinarium, ſemel probatum certam ob cauſam, non fuiſſe trahendum in exemplum ſed in pauperibus deinde vngendum eſſe Chriſtum, qui ſemel ſuſtinuerit vngi in ſe. Periculosè igitur Chriſtus voluit hoc mulieris opus vbique celebrari, ſi noluit quemquam imitari. Vnguentis quidem perfundendum non eſt nobis Chriſti corpus, quod à Mariâ Magdalenâ ſemel atque iterum factum, non permiſiſſet Chriſtus quotidie ſibi fieri, vtpote contrarium vitæ pauperi & contemptrici voluptatum mundi, quam elegerat vt idoneam nobis redimendis; non eſt, inquam, nobis Chriſti corpus

pus deliniendum vnguentis, quippe quod ablatum à nobis est, neq; ampliùs eo statu est, quo possit vnguentis recreari, aut suauibus odoribus refici: sed quod in expendendis subinde terrenis bonis, non in necessitates pauperum, sed in honorem solummodo Christi & Dei, non sit nobis imitanda Maria, falsum est.

Christus etiam, corporalibus bonis colendus.

Respondet quidem Christus Iudæ, obmurmuratori obijcienti pauperum curam, se non diu hac in mortali vitâ fore, ac proinde non diu pauperibus quid decessurum ex eo quòd corpus ipsius solatijs & oblectamentis corporalibus foueretur: sed quòd deinde corporalia omnia bona sic in vsum pauperũ vertenda essent, vt in ipsi⁹ honorem nihil posset expendi, minimè

nimè præcipit. Imo verò, ſicut ex hominibus ablatus ab hominibus colendi eſt ſpiritu, ita etiã corpore & corporalibus bonis, qui vtriuſq; tàm corporis quàm ſpiritus, eſt auctor; non quòd corporeo iam cultu, aut opus habeat, aut per ſe oblectetur, ſed quòd gratum ſit ipſi, ſpiritum hominis ita efferuere pietate, vt etiam corpus & corporalia ſua omnia impendat (modò tamen pauperum cura non negligatur) præſertim cùm conſtans homo corpore & ſpiritu, immò corpore ſpiritum aggrauante ac deprimente, opus habeat exterioribus corporeiſq; adminiculis, quibus ſpiritus ipſius excitetur, & fides pietasq; in Chriſtum ac Deum prouocetur & conſeruetur: quæ cum abolere hæretici nituntur, nihil moli-

moliuntur aliud, quàm vt ex hominis spiritu omnem Christi & Dei cultum adeoq; memoriam euellant.

Non lauo, sed lauor hic: olim quoq; balsama fu
Balsama nunc membris, planta refunde meis

Cap. XVII.

Maria Magdalena Iesvm nec in cruce deserit, sed vsq; ad mortem & sepulturam adstat.

MAria igitur Magdalena, vt non deseruerat Iesvm in vitâ, quocumq; iret sequens ac ministrans ei: ita nec in morte deseruit, nam amor fecit, quòd Dominum ad mortem vsq; comitata sit, & nec in crucem actum reliquerit, sed mærore licet confecta, & vnà cum Iesv fixa, magnâ animi firmitudine assiduè adstiterit crucifixo, [a] ad redditum vsq; spiritum Deo, & corpus terræ mandatum. Raro itaque studij ardore præditam fuisse necesse est,

Magdalena cruci adstat.

[a] *Marc. 27. v. 55. 56. Matth. 15. v. 40. 41. Luc 23. v. 49.*

est, quæ tametsi nihil præstare officij posset, in extremis tamen probris positum reuerenter colere non destitit: opprobria verò quæ à irrisoribus obijci potuissent, quòd discipula fuisset crucifixi, nihili pendebat: nec enim pudebat eam præceptoris in crucem acti, cuius innocentia virtusq; insculpta erat ipsius animo; Sed spectabat crucis supplicium quo IESVS afficiebatur, & quæ cum supplicio illo concurrebant: meditabatur admirabilem filij Dei patientiam, eiq; exitum exspectabat. Mira enim erat eius fides, quòd tam horrendo spectaculo non deficeret à præceptore: mira constantia & magnanimitas, quòd quamquam non esset illic sine periculo (tantum erat odium IESV) sine timore tamen sem-

semper adstaret, amore periculum non considerante, donec mortuus esset præceptor & sepultus. Nam intereà temporis, dum Ioseph & Nicodemus cum suis, intus in anteriori sepulchri parte, occuparentur, lauando, vngendo, linteis inuoluendo, & sepeliendo, corpore IESV, Maria Magdalena, *b* & aliæ mulieres religiosæ sedebant in horto, foris, è regione sepulchri, exspectantes dum viri absoluissent: vt enim non potuissent commodè vnà cum viris intus esse, quòd locus non esset capax, ita verecundum ipsis fuisset sese ingerere, vbi viri, ac præsertim honorati illi, Ioseph ac Nicodemus, pollinctorum obibant officium. Exspectabant autem, vt postquam sepultus esset IESVS & viri egressi, in-

Sedet in horto sepulchri.

b Matth. 27. §. 61. Marc. 15. §. 47. Luc. 23. §. 55.

si, intrarent vicissim ipsæ, & vi
derent monumentum intus, &
quomodo positum in eo esse
corpus; eo fine, vt transacto il
lo quod instabat Sabbato sci
rent quî faciliùs ad corpus ac
cedere, suoq; illud modo, a
vice vngere possent: hæc enim
constant ex Lucâ.

IESVM pultum contemplatur.

Postquàm enim Joseph, se
pulturâ perfectâ monumento
egressus esset cum suis, concess
sit mulierum pietati, vt & ipsæ
ingrederentur, viderentq; vbi
ac quomodo sepultus esset IE-
SVS, & distulit tantisper aduol-
uere saxum ostio monumenti.
Mens autem mulierum erat, vt
& ipsæ exacto sabbato vngerent
IESVM.

Quia religiosæ, inquit Am-
brosius, *locum diligenter obser-
uant, vt vnguenta adferant. &*

Super-

superfundant. Et Beda: *Notis* IESV, *post depositum eius corpus ad sua remeantibus, solæ mulieres quæ arctiùs amabant, funus subsecutæ, quomodo poneretur inspicere curabant, vt ei tempore congruo munus possent deuotionis offerre.*

Et reuertentes parauerunt aromata, c siccè contusa, quibus dispergerent corpus aduersus fœtorem; *& vnguenta*: aromata, qualia myrrha, aloë, balsamum, in liquores contusa quibus oblinerent aut perfunderent corpus contra putrefactionem.

Parat aromata. c *Luc.* 23. v. 56.

Quarimus exanimē viuę, tres quarimus un
Vnus tres viuus reddidit exanimes.

CAP. XVIII.

MARIA MAGDALE-na cum sociis mulieribus, IESV sepulchrum inuisura, Angelos contemplatur.

PRimâ die à Sabbato, *Maria Magdalene,* [a] cum socijs, cæteris inquam mulieribus IESVM ex Galilæâ secutis: id enim constat ex Lucâ 1, (Cæterùm hanc solam nominat Ioannes, vt omnium nobilissimam, cæterarumque ducem, & in hoc negotio maximè operosam (propter quod etiam ab omnibus primo loco nominatur) præsertim verò quòd hîc narrare statuerit, quâ occasione IESVS primùm apparuerit ipsi Magdalenæ soli) *venit manè,*

[a] *Ioan. 20. v. 1.*

[b] *Cap. 24. v. 1.*

Maria Magdalena Dux mulierum sociarum, & maximè operosa.

nè, cùm adhuc tenebræ essent, id est, *valde mane*, vt Marcus; [c] *profundo diluculo*, vt Lucas loquitur. [d] Tenebræ erant mixtæ primæ luci auroræ: in superioribus maximè partibus lux, in inferioribus tenebræ erant. Marcus solis lucem, Ioannes tenebras dicit, quia aurora media participat vtriusq; extremi. Tempus enim matutinum in plures partes diuiditur: eius prima pars diluculum est, quo tarescit nox, quod tunc profundum vocatur, cùm primùm incipit & multum adhuc diluculi superest, priusquam discussis tenebris succedat mane, & orto sole dies: quamquam diluculum initium est ortus solis. Quod vero Marcus dicit, *orto iam sole*, D. Augustinus interpretatur, [e] ortu suo iam illuminare incipiente

[c] Cap 16. §. 2.
[d] Cap. 24. §. 1.

Temporis matutini diuisio.

[e] Lib. 3. de cons. Euang. c. 24.

ente aërem, *cùm cælum ab orientis parte iam albesceret: quod non fit vtiq; nisi solis orientis vicinitate: eius enim est ille fulgor, qui nomine auroræ appellari solet*; neque enim aliter possumus intelligere, quàm *orto sole*, iam ad solis ortum albescente cælo, primâ solis luce orientem & aduersa montium cacumina albefaciente, id quod fit facilè sesquihorâ, ante ascensum solis supra horizontem. In quem sensum Euthymius scribit: *Verùm si valde manè erat, quomodo dixit, orto sole? quia tunc propriè sol oritur, etsi nobis nondum appareat, demoratus adhuc circa profundissimas extremasq; orientis partes, & paulatim exsurgens.* Cæteroqui enim, si intelligas, *orto iam sole*, iam solis astro supra horizontem emerso, & solari

lari corpore apparente mortalibus, non potuit fuisse *valde manè*, quod dicit Marcus; nec *profundum diluculum* quod Lucas ait, deniq; nec *tenebræ*, quod Ioannes.

Certè Maria Magdalena *non remansisset domi, nec à monumento abfuisset, diligentissima illa mulier, nisi lege sabbati detenta fuisset. Quo die iam exacto, & altero die appropinquante, curriculo venit ad monumentum*; inquit Cyrillus.*f*

f Lib. 12, in Ioan. cap. 45.

Terræ motus cur factus?

Et ecce, rem miram, cum Maria & aliæ mulieres essent in itinere, iamq; appropinquarent horto illi in quo erat sepulchrum, *terræmotus factus est magnus g propter assidentes sepulchro custodes*, inquit Euthymi⁹, *vt timore terræmotus erecti, & horrore aspectus eius qui lapidem*

g Matth. 28 §. 2.

reuol-

reuoluerat consternati, fugerent, & hæc Iudæis nunciarent, ac testes ipsi fierent veritatis. Factus est autem & propter mulieres, vt ipsarum mentes pararentur ad diuinum resurrectionis opus animis concipiendum: quamquam, verisimile est, istas, ne absterrerentur ab ingressu loci, non ita perfectè percepisse hunc terræmotum, vt milites; maiorem enim fuisse terræ concussionem in ipso horto, & circa sepulchrum, quò Angelus descendebat, quàm in locis vicinis.

Angeli apparitio.

Angelus enim Domini descendit de cælo in terram visibili eâq; humanâ formâ (assumpsit enim humani corporis formam, tantisper dum confecisset hoc negotij ad quod missus fuerat, vt solent Angeli) *& accedens reuol-*

uit lapidem ingentem tamquã
festucam, leui manus attactu
diſiecit. Lapidem autem illum
haud dubiè, quem Ioſeph Ari-
mathæus aduoluerat ad oſtium
monumenti, & principes Iu-
dæorum obſignarant, quod
Matthæus dixerat [h], nec enim
alterius lapidis meminit. Qui-
dam docet duplicem lapidem
angeli operâ fuiſſe amotum, v-
num qui foris clauſerit oſtium
monumenti, alterum qui intus
obſtruxerit ventriculum mo-
numenti & contexerit corpus
IESV. At nulla vſquam men-
tio eſt huius poſterioris lapidis:
nam neq; cæteri Euangeliſtæ al-
terius meminerunt, quàm eius
quo reuoluto patuit ingreſſus in
monumentum, vt nec mulie-
res, quæ diligentiſſimè omnia
antè obſeruârant, de alio amo-
uendo

h Cap. 27. v. 60 66.

De duplici lapide opinio refellitur.

uendo solicitæ sunt. [i] Contrà verò intelligitur ex Bedâ, ventriculum monumenti seu loculum qui Dominicum corpus suo sinu complexus est, patusse, non quidem desuper, sed ex latere australi, id est, nullo imposito saxo obstructum & clausum fuisse, sed è viuâ petrâ sic excisum, vt inferior quidem petræ pars caua seruiret corpori imponendo, superior verò pars solida tegendo, cæli seu fornicis instar, anterior deniq; pars, infrà quidem clausa, suprà autem patula esset (quemadmodùm si in spisso muro lectica alicui exstructa sit) ita vt simulatque quis vel ingrederetur vel inclinatus respiceret per ostium monumenti, videre posset, an loculus esset vacuus, an repletus corpore.

[i] *Marc. 16 §. 5.* Christi sepulchri forma.

Cuius rei gratia venit, & lapidem sustulit? rogat Titus. *propter mulieres videlicet: vt quia ipsæ in sepulchro positum certò sciebant, dum vident rursus illud corpore vacuum, verè illum crederent surrexisse?*

Solicitudo mulierum de lapide reuoluendo.

In itinere autem *dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?* Sed quomodo non magis solicitæ erant, quomodo ingressuræ essent hortum? sciebant enim nō esse hortum publicum, & importunum esse, vt hortulanum, si quis illic noctu ageret, excitarent. nam quòd à militibus occuparetur hortus, & lapis publico sigillo obsignatus, adhibitaq; ad sepulchrum custodia esset. hoc omnino ignorabant. Verisimile est, quòd, cùm sepultus esset Dominus, & illæ, ante-

antequam Ioseph hus saxum aduolueret, adspicerent vbi ac quomodo collocatus esset IESVS: indicarint Iosepho, mentem suam esse, vt à sabbato redirent, & IESVM rursùs vngerent; itaq; veniam ab eo ingrediendi in hortum ipsius, & fortasse etiam claues horti, impetrarint: quamquam, præter opinionem, horti ostium apertum inuenerint.

Ingressæ itaq; in locum monumento proximum, in septũ quod erat circa sepulchrum, *respicientes viderunt reuolutum lapidem, & iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, & obstupuerunt.* k Ad hoc spectaculum, quamuis lætum faustiq; ominis, perculsæ sunt tamen, quia subitum & inexspectatum, deniq; quia non valet huma-

k *Marc. 16. §. 4. 5.*

humana fragilitas cælitũ ſplendorem abſq; ſtupore excipere.

Angeli cum mulieribus colloquium. *l Matth. 28. v. 5.*

Reſpondens autem Angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos: ſcio enim quòd IESVM *qui crucifixus eſt quæritis.* l hoc ſepulchro, obſequij præſtandi causâ, vt religioſum vnctionis officium illi exhibeatis, vt aromatib⁹ condiatis ſacrum eius corpus. Non eſt ergò quòd timeatis vobis à me, nam ſumus eiuſdem ſtudij & vos & ego: & ego enim IESV causâ hîc adſum, vt vobis eum quem quæritis indicem, & quid acturæ ſitis exponam. *Ad illius obſequium veni,* inquit Druthmarus, *ad cuius vos venitis, & vnum Dominum habemus & vnam voluntatem.*

Porrò mulieribus primis annunciat Angel⁹ reſurrectionem, quia illæ ſedulitate ſuâ & animi

mi officiosi ac grati declaratione hoc promerentur, licet fides earum imperfecta, minùs digna cogitet Filio Dei. Nam & cùm, Apostolis hac illac dispersis, mulieres Christo Domino adhæsissent ad mortem & sepulturam vsque magis idoneæ esse poterant nuntiæ resurrectionis.

Cur mulieribus primùm annunciata fuerit resurrectio Christi.

Non est hic: surrexit enim, sicut dixit, venite & videte locum, vbi positus erat Dominus. Inuitat eas vt perficiant iter suum: venerant enim vt ingrederentur speluncam monumenti, sed substiterant præ timore visi Angeli. Hortatur itaq; eas Angelus vt ingrediantur, verùm non vt vngant Corpus IESV, quæ mens ipsarum fuerat, sed vt videant IESV corpus, illic non esse, quò facilius credant eum resurrexisse. Nam quò certiora sint

ra sint omnia, adiungit Angelus experientiam & demonstrationem ocularem, ob quam ipse, quod notant Chrysostomus eiusq; sequaces, lapidem amouerat.

Et citò euntes, dicite discipulis eius, quia surrexit, & ecce præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis. m Non solis, inquit, vobis, gaudium hoc retinete, sed festinate cum discipulis communicare lugentibus ac flentibus Dominum quasi mortuum.

m *Matth. 28. v. 7. Marc. 16 v. 7.*

Apostolorum apostolæ mulieres.

Mulieres ad Apostolos mittuntur euangelij annunciandi causâ, & singulari priuilegio semel Apostolis præficiuntur magistræ vt præcipuum salutis nostræ caput illis prædicent, quod illi postea pro iniuncto sibi perpetuo munere, totimundo sint publicaturi. Hac verò ratio-

ratione, abolita est infamia illa, quâ laborabat sexus muliebris, quòd viro causa mortis fuisset, dum istæ viris vitam primæ annunciant. Fœmina quondam mortis ministra, resurrectionis mysterium intelligit & nunciat prima. Nam *regressæ à monumento, nunciauerunt hæc omnia illis vndecim*, s. Apostolis, *& cæteris omnibus*, [n] discipulis; non quibuscumque occurrentibus. Nam extraneorum qui ipsis in itinere occurrerant, nemini quidquam declarauerant; [o] sed & inter se mutuò, tamquam exangues se gerebant. *Nulli hominum*, inquit Euthymius, *qui ipsis per viam occurrerunt. nam Apostolis vniuersa retulerunt. Timebant enim* plurimùm, nec solùm ob ea quæ viderant admiranda, verumetiam *propter Iudæ-*

[n] Luc 24. v. 9.

[o] Marc. 16. v. 8.

Iudæos, ait idem Euthymius, *ne conspectæ viderentur ipsæ furari* IESVM: *ne ipsas occiderent, audito quòd Christi prædicarent resurrectionem.*

Ne perpetui reatus, inquit Ambrosius, *apud viros opprobrium mulier sustineret. quæ culpam viro transfuderat, transfudit & gratiam, veterisq; lapsus compensat ærumnam resurrectionis indicio. Per os mulieris mors antè processerat, per os mulieris vita reparatur.*

Itaq; cùm primùm aduenissent, inuenerant Angelum sedentem ad ostium monumenti super lapidem reuolutum, quod narrarunt Matthæus & Marcus: illo Angelo duce ingressæ sunt in monumentum, & viderunt locum vacuum corpore IESV. Porrò illo Angelo in monumento

mento relicto, egressæ vt fuerunt, cùm hæsitarent, vt faciliùs crederent, ablatum esse IESVM corpus, quàm quòd audierant resuscitatum, adfuerunt alij duo Angeli, qui suis monitis eximerent eis metum illum de rapto IESV corpore. Fuit enim monumentum illud, quod Dominus suâ tum morte tum vitâ consecrarat, honoris Domini causâ, plenum Angelis, vt non sit mirum plures apparuisse.

Angeli cur in veste fulgenti visi? *p Luc 24. v. 4.*

Steterunt ergo *secus illas in veste fulgenti,* p induti vestibus instar fulguris relucentib9: tùm vt intelligerentur esse cælestes Angeli, tum vt suâ specie resurrectionis triumphum præ se ferrent.

Cùm timerent autem, & declinarent vultum in terram, partim ex

ex verecundiâ, quia virili formâ apparebant, partim deniq; quòd ferre non possent vestium facierumq; fulgorem. *Quùm nouo aspectu*, inquit Euthymius, *conterritæ essent, nec possent ob vestium coruscationem in eos respicere; dixerunt, non iam mansuetè vt priùs, sed obiurgandi modo, propter ipsarum incredulitatem.*

Quid quæritis viuentem cum mortuis? Non est hîc, sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis, cùm adhuc in Galilæâ esset, dicens: Quia oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertiâ resurgere.

† Ioan. 20 v. 2.

Cucurrit ergo † Maria, quia vidit lapidem sublatum à monumento, &, quod mox consequutum est, monumentum esse

esse vacuum corpore IESV, Angelosq; affirmantes eum viuere; *cucurrit* autem non sola, cui multas socias adfuisse, tum ex alijs Euangelistis, tum ex Luca [r] manifestum est (quamquam potuerit sola præcurrisse) *& venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum quem amabat* IESVS. Cæterùm non ad hos duos solùm venit, sed & ad omnes vndecim Apostolos reliquosq; discipulos: [s] sed hos duos solos nominauit Ioannes, vel quia Magdalene his prius quàm reliquis loquuta est, dùm fortè eos seorsum reperit, sermones inter se mutuò familiariter miscentes (vt amabant duo isti se mutuò impensiùs [t]) vel quia istis præ cæteris res annunciata cordi fuit, ita vt mox ad monumentum excurrerint, prout sequitur. Ma-

Cutrit Maria ad Petrum & Ioannem.

[r] Cap. 24. §. 9. 10.

[s] Id. loc. cit.

[t] Ioan. 21. §. 20.

Eius sermo abruptus.

Magdalena igitur deficiente spiritu præ festinatione, ex ardentissimo affectu, mox vt istos vidit, nullâ præmissâ salutatione, erupit in hanc vocem, dixitq; quod corde voluebat: *Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus vbi posuerunt eũ.* *Error mulieris* (inquit Hieronymus *u*) *cum pietate sociatus est: pietas in eo quòd desiderabat eum cuius nouerat maiestatem, error in eo quòd dicebat Tulerunt.* Non dicit Euangelista, quòd ista hoc solum dixerit, sublatum ex sepulchro esse Domini corpus, tum quòd ipsi certo visu constaret, abesse à sepulchro dominicum corpus, tum quòd nondum integram Angelis fidem adhiberet, similis Saræ *x*. Permisit enim diuina prouidentia, vt ægrè crederet, quò veritas magis

u Quæst. 5. Epist. 150. ad Hedib.

x Gen. 18. v. 13.

magis confirmaretur. Quòd si posteà addenti de apparitione Angelorum, non est creditum, sed delirare & vanis spectris delusa fuisse, ipsa, vnà cum socijs, iudicata z est, quantò minùs creditum ei fuisset, vt arrogantiùs iactanti se cum Angelis collocutam, si id mox ab initio retulisset. Deniq; quia Petrum & Ioannem; quos subdit Ioannes ad monumentum excurrisse; vt id facerent, non mouit narrata apparitio Angelorum, quam non crediderunt, sed hoc solum, quòd affirmaret, sepulchrum apertum & vacuum sibi conspectum esse, hoc quoq; solum retulit Ioannes, eo magis quòd reliqua ab alijs Euangelistis narrata essent.

y *Matth. 28. §. 8. Luc. 24. §. 9 10 13.*

z *Ibid. §. 11.*

CAP.

IM.

Quam Primum reduimus adest ante ora Magister,
Quæsitos cecidit MAGDALI S ante pedes

Cap XIX.

LAETA IESV APPAritio Magdalenæ in die resurrectionis facta.

SVrgens autem mane, primâ Sabbati, apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat septem dæmonia. [a] Probabile est priùs apparuisse Matri suæ benedictæ: sed quia matri apparuit honoris & consolationis ergò dumtaxat, non vt ei resurrectionis suæ veritatem, quam illa credebat etiam non visam, persuaderet, aut vt illa resurrectionis ipsius esset testis, ideò illius apparitionis non meminerunt Euangelistæ, quippe minùs idoneæ ad faciendum fidem.

[a] *Marc. 16. §. 9.* IESVM primò Matri apparuisse probabile.

Cur dicatur primò apparuisse Magdalenæ?

Prima ergo huiusmodi apparitio hæc fuit, quâ Magdalenæ apparuit, quæ ardenti perseuerantiq; desiderio, quo quæsiuit mortuum, meruit vt prima videret ex morte rediuiuum. Ita factum est, vt sexus fœmineus, prior viderit vitam, qui prior incurrerat mortem. Addit autem Euangelista, *de quâ eiecerat septem dæmonia*, non distinctionis causâ (iam enim sæpiùs illius miminerat) sed obseruationis, vt animaduertas, quòd peccatrix illa, ad hunc honorem euecta sit amando, vt prima frueretur adspectu IESV rediuiui, ne ob tua crimina Dei gratiam amicitiamque desperes, si illis pœnitentiâ ablutis, in Deo amando te exerceas. huiusmodi quid hic annotat V. Beda: *Hæc apparitio Domini, quomodo & vbi*

vbi sit facta, [b] *Ioannes plenissimè docet*, inquit idem.

[b] Ioan. 20. & 11. & seq.

Petrus quidem & Ioannes excurrerant ad monumentum, de quo suprà meminimus, sed statim reuersi sunt domum, antequam plenâ luce homines ædibus suis egrederentur, ne obseruati, à Iudæis accusarentur, vt circa monumentum aliquid machinati, quod notat Cyrill[9]. *Maria* autem Magdalene, quę reuersa fuerat ad monumentū, sequuta Petrum & Ioannem (id enim Ioannes intelligendum dat) illis digressis, nullum veritа periculum, remansit apud monumentum, nec ab eo auelli potuit præ eo quo flagrabat incredibili amore Domini. *Viris recedentibus*, inquit Augustin[9], *infirmiorem sexum in eodem loco fortior figebat affectus*. Cæteræ

Magdalenæ constantia in inquirendo IESV corpore.

quidem mulieres longiùs à monumento receſſerant: Magdalene autem ſola *ſtabat* quærentis in morem *foris* apud oſtium monumenti, cogitans apud ſe quonam ablatum eſſe poſſet corpus Domini, *plorans* ob amiſſum dominicum corpus. Faciliùs enim credidit ablatum eſſe, quæ fuerat etiam Petri & Ioannis opinio, [c] quàm, quòd à viſis Angelis audierat, reſuſcitatum. *Procliue eſt*, inquit Chryſoſtomus, *& ad miſericordiam facile, muliebre genus: quod dico, ne admireris cur Maria tam amarè fleret ad ſepulchrum, non autem Petrus.* Plorabat igitur, *non quia mortuus eſſet ſolùm*, ait Cyrillus, *verùm etiam quia aliò à monumento tranſlatus videbatur*, idq; fortè non ſine contumeliâ, quem ipſa venerari cupiebat,

[c] *Ibid. v. 2. 9.*

piebat, &, postquam viuente
rui negatum esset, mortuum a-
romatibus conditum in locum
utiorem transferre ac seruare.
Plorabat deniq; , *quia tanti ma-*
gistri, inquit Augustinus, *cuius*
ei vita subtracta fuerat, nec me-
moria remanebat. Cæcæ, sed
piæ lachrymæ.

Dum ergo fleret, inclinauit se
& prospexit in monumentum. Vt
prospiceret in monumentum,
necesse fuit vt inclinaret se, &
caput obliquaret, quia ostium,
humile erat, & lectus sepulchra-
is introrsum situs ad latus spe-
uncæ dexterum. Prospexit au-
tem, vel *diuino instinctu* excita-
a, quod probat Augustinus,
nimirum vt videret Angelos,
vel prouocata splendore strepi-
tuue Angelorum, vel certè
sponte. Omnino enim prospe-

xit, vt videret an non illîc eſſet dominicum corpus. Nam quamuis iam anteà viderat abeſſe, & ex Petro quoq; ac Ioanne idem didicerat, tamen, quod habet Auguſtinus, *nec ſuis nec illorum oculis facile putans eſſe credendum*, iterùm ſcrutatur locum, ſpem habens contra ſpem: ſicut vſu venire ſolet ijs qui anxiè rem amatam perditam quærunt, vt ſæpiùs eundem locum viſant ac reuiſant, eum præſertim quo res repoſita fuerat, ſi quod vel veſtigium illius appareat, aut, ſi nulla eſt ſpes, certè conſpectus loci lachrymarum conſolationiſque materiam ſuggerat. *Amanti* (inquit D. Gregorius *d*) *ſemel adſpexiſſe non ſufficit, quia vis amoris intenſionem multiplicat inquiſitionis.*

d Homil. 25.

Et

Et vidit duos Angelos in albis, sedentes, vnũ ad caput, & vnũ ad pedes, vbi positũ fuerat corp⁹ IESV. Hos angelos Apostoli nõ viderant, quod obseruat Chrysostom⁹. nimirùm visionẽ hanc promeruit constanti illo desiderio IESV. Viderat etiam anteà angelos, vnum cùm primùm adueniret, sedentem super lapidem reuolutum ad ostium monumenti, [e] duos stantes cùm egrederetur ex monumento, [f] erat enim monumentum hoc factum angelorum domicilium, quod diximus suprà. Sed vt non persuaserat sibi apparuisse angelos, quin potius tenebat fuisse spectrorum delusionem: ita iam quoq; etsi videat, non tamen credit angelos esse. Aspexit eos iuuenum specie, indutos albis vestibus, stolis

Ea promeruit visionem Angelorum.

[e] *Matth.* 28. §. 2.
[f] *Luc. 24.* §. 4.

candidis (ſicut ille de quo Marcus g) *plenos ſplendoris & lætitiæ*, inquit Chryſoſtomus.

g Cap. 16. v. 5.

Forma Angelorum apparentium.

Data illis à Domino humana forma, vt conſpici & audiri poſſent : ornatu autem non vulgari ſed inuſitato ſunt præditi, qui eos ab hominum ordine diſcernens, diuinum aliquid & cæleſte oſtenderet.

Vbi ſederint.

Sedebant autem, non in ipſo lecto ſepulchrali, ſed in podio illius, id eſt, in ſcamno exſtante ante ſpondam lecti, ex eodem lapide quo lectus exciſo; vnus, quâ parte caput iacuerat, nimirùm occidentem verſus : alter, quâ parte pedes, orientem verſus.

Cur eidem iam apparuerint.

Apparuerunt iam Magdalenæ hi duo angeli, vt ferrent teſtimonium de Domini IESV reſurrectione, non verbis (nec enim

nim illa fidem adhibuerat primis angelis) sed reipsâ, exhibentes se tamquam cæleſtes excubitores: vnde illa vel poſteà intelligere poſſet, tum quòd abſtatum non fuiſſet dominicum corpus, è ſepulchro cuius angeli fuiſſent perpetui cuſtodes, (quod obſeruant, Cyrillus, *b* & Hieronymus *i*) tum quantæ maieſtatis eſſet Dominus IESVS, ad cuius obſequium Angeli cõtinuè præſto fuiſſent. Nam quòd Angeli ſepulchrum honorant, eo non tantùm aboletur crucis ignominia, ſed & cæleſtis IESV maieſtas effulget.

b in c. 20. Ioan.

i Quæſt. 5. epiſt. 150. ad Hedib.

Cùm ipſa non auderet eos interrogare, quod ait Euthymius, ſtupefacta, veriſimile eſt, ex inexſpectato eorum conſpectu; *dicunt ei illi*: *Mulier, quid ploras? ac ſi dicerent* ait Auguſtin[9],

Quomodo alloquuti?

noli plorare. Non enim lachrymarum causam quærunt, inquit Cyrillus, *quàm certè non ignorabant, sed, vt reipsa patet, ne lachrymetur admonet. Nam morte iam & interitu destructo, lachrymarum tempus, inquiunt, non est. Rerum exitus ad contrarium potiùs inuitat. Quid igitur ploras, quæ lætari gaudereq; modò debes?* Si nobis crederes, non esset cur plorares, sed cur gauderes, maximopere. Oratio est mixta obiurgatione simul & consolatione: obiurgant Angeli importunum & ab incredulitate profectum Mariæ fletum, simul tamen lætitiam miscent, dum flendi causam esse negant.

Responsio Mariæ.

Illa putans eos interrogasse nescientes, inquit Augustinus, *causas prodit lachrymarum*, quapropter *dicit eis: Quia tulerunt Dominum*

ninum meum, & neſcio vbi poſue-unt eum. Hæc erat, inquit Auguſtinus, *cauſa maior doloris, quòd neſciret quò iret ad conſolandum dolorem*. Quia ablatus eſt Dominus meus, & neſcio vbi poſitus. Hæc cauſa ploratus mei, velim enim eum habere, & lachrymis vnguentisque honoratum tuto loco ſepelire. Oratio abreptæ affectionum vehementiâ. Non expendit qui ſint duo iſti viri, in veſte candidâ apparentes, inq; vacuo ſepulchro ſedentes, homineſné an ſpiritus, & boníne an mali ſpiritus: parùm ſolicita qui eſſent, quamdiu non haberet quem quæreret, præſertim cùm anteà alios ſimiles vidiſſet, qui dixiſſent quidem eum viuere, ſed non monſtraſſent.

Rurſùs licet facilè conſidera-

re posset ex vestium candore & fulgore facierum, non homines esse, sed spiritus: alloquitur tamen intrepidè tamquam homines sibi æquales, *Quamquam muliebriter*, quod ait Hieronymus. k Adhæc, quamuis isti aut eorum socij anteà testificati essent, IESVM à morte resurrexisse; tamen opinionem suam prorsus contrariam non veretur eis aperire, si fortè per illos quomodocumq; voti compos fieri possit. Deniq; Mortuum appellat Dominum suum, & *Dominum* vocat Domini corpus, *meumq;* addit tamquam ipsius solius sit. Hæc omnia sunt ebriæ quodammodo amoris vehementiâ, &, vt Chrysostomus ait, *feruore quodam & amore percitæ. Dominum suum vocat*, ait Augustinus, *corpus exanime Domi-*

k *loc. cit.*

Domini sui, à parte totum significans, sicut omnes confitemur, IESVM *Christum Filium Dei vnicum Dominum nostrum.*

Intereà dùm Angelis colloqueretur capite per ostium monumenti protruso; percepit aliquem à tergo adstare vel certè accedere, siue quod strepitũ præsentis audiret, siue quod Angeli, *vultu, motu, & gestu, se Dominum videre significarent,* (quod ait Chrysostomus) præsertim verò is qui sedebat ad caput sepulchri, ex opposito ostij. Quare illa non exspectato Angelorum responso, subitò respexit retrorsum, *& vidit* IESVM *stantem, & non sciebat quia* IESVS *est,* [l] non agnoscebat IESVM. Exhibebat se quidem illi præsentem IESVS, sed non ita vt agnosci ab eà posset, qui vt

IESV apparitio qualiter facta?

[l] *Ioan. 20. v. 14.*

vt in manu suâ habebat se cùm vellet oculis hominum subtrahere, ita vt etiam præsens non videretur: sic & prout vellet oculis hominum insinuare. Nam si ea facultas attribuitur cuiuis corpori glorioso, multo magis id IESV corpus potuit, *qui*, vt ait Cyrillus, *diuinus diuinâ se potestate cognosci non permitteret.* Cæterùm *non formam* IESVS *vultumq; mutauit, vt pro voluntate diuersus ac varius videretur*, quod contra Manichæum annotat Hieronymus; [m] non aliâ vultus aut corporis formâ præditus fuit, quàm eâ quâ ante mortem: sed non permisit, vt forma illa sua integrè ferretur ad oculos Magdalenæ. Nam quod sæpe contingit, ex impedimento tenebrarum luci mixtarum, aut interualli longioris,

[m] *Epist. ad hedib.*

id

id Dominus voluntatis suæ potestate fecit: quemadmodum lucidum licet esset, & claritate glorioſum corpus ipsius, & si corpus, non tamen claritatem corporis videri permisit.

Cæterùm non decepit Magdalenen, sed ob causam noluit statim ab eâ recognosci. Causa autem fuit duplex, vna quam adfert Chrysostomus, *ne primo eam adspectu perterreret*; *ne*, vt ait Euthimius, *repente consternaretur*, ac proinde turbatior minus eum cognosceret: altera quam D. Gregorius adfert,[n] loquens de discipulis Emmauntinis, vt hoc Dominus ageret foris in corpore, quod apud illam intus agebatur in corde. Nam quia feruet illa desiderio IESV, apparet illi IESVS: sed quia non credit IESVM viuere, do-

Noluit statim agnosci.

[n] *Homil. 23.*

re, docta licet ab Angelis nonnihil se ei abscondit. Hæc autem prima fuit IESV à morte rediuiui apparitio, quod Marcus testatur: prima enim videre meruit, quæ omnium ardentissimè quæsiuit.

Mariam alloquitur,

IESVS itaq; captat occasionem se cum gratiâ insinuandi, & lachrymarum causam rogat, vt desiderium acuat, dicens ei: *Mulier, quid ploras? quem quæris?* habebat enim se Maria quærentis in morem, q. d. non vides me adesse quem quæris? *Illa existimans quia hortulanus esset*, eius horti cultor & custos. Non quòd appareret IESVS ligonem aut sarculum manu tenens, sed, quod Theophylactus & Euthymius aiunt, *à communi ac viliori habitu, & quia in horto erat, arbitrata est hortulanum esse*

Cur hortulanus existimatus?

esse (nam de militum absconso-
rum præsentiâ, nihil sciuisse vi-
detur) quodq; sine pallio, veri-
simile est, appareret, quasi do-
ni esset.

Sciebat Ioseph um Arima-
thæum horti dominum, illic
non habitare: putauit igitur eũ
esse, cui colendi & custodiendi
horti incumbebat cura. Nam
vt IESVS faciei suæ figuram
non permisit ab eâ visu cogno-
sci, ita nec sonum vocis suæ au-
ditu. Et quidem, vt illic non
mutauit faciem propriam, ita
neq; hîc vocem: sed quemad-
modum de facie diximus, non
permisit familiarem ac propri-
um vocis suæ sonum integrè
ferri ad Mariæ aures. Nam &
nobis sæpe ita accidit, vt vocem
eorum qui nobis familiarissimè
noti sunt, non continuò agno-
scamus

scamus, aut quòd alius sonus interueniens impediat, aut quòd longius sit interuallum, aut quod similis causa prohibeat. *Forsitan autem nec errando hac mulier errauit, quæ* IESVM *hortulanum credidit*, inquit S. Gregorius. o *An non ei spiritualiter hortulanus erat, qui in eius pectore, per amoris sui vim, semina virtutum virentia plantabat?*

o *Homil. 25.*

Maria IESVM interrogat.

Dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollam. Hactenus perseuerat in eâ opinione, quòd ablatum sit corpus IESV: mensq; eius est, inuento corpore, amicos & amicas conuocare, & cum eis aliò translatum lachrymis atq; vnguentis abundè condire, vt eis fieri solebat qui è charis amicis certos dies lugebantur. Nihil adhuc nisi terre-

rrestre sapit, à fide resurrectionis aliena: quare non mirum, hic terrestris affectus, velum pponat eius oculis.

Porrò pro more gentis vocantur *Domini*, ignoti omnes, uorum nomina propria ignobantur, præsertim si quis eos onorare vellet: facilè autem onoramus eos à quibus beneicium postulamus, quod & Augustinus notat. Ignoti *Domini* vocati.

Quod ergo hortulanum apellat *Dominum*, non animo rbato, sed amori ac desiderio ueniendi IESV tribuendum t. Arbitratur eum facilè aniaduertere, quæri à se eum qui o loci fuisset sepultus, quo ipsa lorabat, nec ignorare hortulaum, IESVM nudiustertiùs in o horto fuisse sepultum, sed mulare ignorantiam, dum quæ-

quærit *Quid ploras? quem quæris?* Conijciebat, hortulanum fortè non placuiſſe, vt IESVS hoc loco iaceret ſepultus, & propterea à transtuliſſe in aliud locum. Eam ob cauſam ſubiungit, *Et ego eum tollam*, ſine tuo labore, conditura eum alio loco, quo nequidquam tibi impedimento ſit. *Tollam*, inquit *eum*, vel adiuta operâ aliorum vel præ affectâ vehementiâ præſumens de ſuis viribus ampliùs quàm ferre poſſent. Huic meæ petitioni ſi ſatisfeceris, compeſces lachrymas meas.

IESVS agnoſcitur à Maria.

Hoc quamuis terreſtri, tamen religioſo, pio, ac conſtanti, deſiderio mulieris, delectatus IESVS, putauit illi ſatisfaciendum, & quæ mortuum quærebat, viuum ſe ei exhibendum, itaq; perficiendum quod deerat muli-

ulieris pietati: *tantum bonum st assiduitas ac perseuerantia*, in-uit Theophylactus. *Dicit ei* ESVS: *Maria.* Voce famili-ri ac consuetâ, auribus eius in-nare, & effigie propriâ in o-los integrè incurrere permis-(nec enim vocis tantùm, ve-im & visus fuit cognitio) de-q; expresso proprio nomine, æbet se ei cognoscendum: uasi dicat: Ecce ego quem æris, iam non mortuus, sed uus. Tu me hortulanum pu-s, & quis sim ignoras, ego rò te clarè cognosco: *reco-oosce eum* à quo recognosceris; out explicat S. Gregorius. *p* lon dicit ego sum quem quæ- , cuius nomine tantopere pras, sed compellat eam pro-io nomine, quo eam vocare nsueuerat, tamquam familia-

p Homil. 25.

ri

ris familiarem: quod & plus
hoc faciebat, vt illa attenta ce
tò atque indubitatò ipsum c
gnosceret, & plus familiarit
tis ac suauitatis resipiebat. Pri
quidem alloquutus eam fuera
sed ille fuerat quasi ignoti h
minis sermo: nunc autem
bonus pastor, nominatim ou
culam vocat. 9

9 Ioan. 10. v. 3.

Quum IESVS, quem ho
tulanum putabat, non stati
responderet, vertit se iterùm
quod ait Chrysostomus, ad An
gelos, vt illos diligentiùs adsp
ceret, & videret si quid respon
si ab illis referret: nam collo
quium abruperat hortulanu
Mox igitur vt illa se ab IES
auertit, vocauit eam IESVS no
mine proprio, illaq; agnoscen
vocem IESV, subito rapta gau
dio, continuò ad IESVM s
ite

iterùm conuertit, & fixis in eũ oculis erupit in hanc vocem *Rabboni*.

Vox ergò pastoris penetrans in animam ouiculæ, oculos ei mox aperit, sensus omnes excitat atq; afficit, quippe quæ senserit in ipso nominis sui sono vim occultam solitamq; dulcedinem. *Statim adapertis oculis cognouit eum*, inquit Cyrillus, *& ab omni suspicione remota, magistri vocabulo vt consueuit ipsum honorat.* Reddidit nomini familiari nomen familiare (hoc enim nomine & honoris titulo, cùm solita esset IESVM ante mortem compellare, nunc declarauit eum certò à se cognosci) & vnam vocem vni. Plura verba proferre, repentina & vehemens, ob rem insperatam letitia, vetabat: ingens gaudium

IESVS Magister vocatus.

um & pondus amoris vox vr
dabat intelligendum, inexpl
cabile esse quòd intùs lateb
declarans, & mox vt dilecti
loquutus fuerat, animam illi
fuisse liquefactam præ gaudio
quòd, cùm mortuum inuenit
desideraret, viuentẽ acciperet.

Dicit itaq; *Rabboni (quod di
citur, Magister)* teneo præsen
tem, habeo viuum, & quæro
mortuum? Cæterùm ita fami
liare fuit nomen, IESV à disci
pulis datum, vt maximè hono
rificum, & professionem con
tinens obedientiæ. Testatur
itaq; hoc nomine Maria, non
tantùm IESVM præsentem cer
tò sibi cognitum esse (vt enim
alij in fractione panis, ita ipsa in
voce cognouit Dominum) ve
rumetiam se eius esse discipu
lam, & ipsi tamquam magistro
se addicit ac tradit.

Dicit ei IESVS: *Noli me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum.*

Maria IESV agnito quid fecerit.

Maria Magdalene simulatq; agnouit Dominum sibi præsentem, & quidem rediuiuum, mox procidit in terram, & gratulationis causâ amplexa est pedes eius. *In his enim verbis ostenditur* (inquit D. Gregorius r) *quòd Maria amplecti voluit eius vestigia quem recognoscebat.* Permittit IESVS, vt de ipsius resurrectione eo fieret certior, quo certiori tactus argumento esset docta, quemadmodum & alijs postea id eadem ex causâ permisit. f Verùm illa mente recolens ea quæ recenter præterita

r *Homil. 25.*

f *Matth. 28. v. 9.*

N erant,

erant, quàm indignè tractat
fuisset Dominus, quàm va
passus, quàm ignominiosè c
cisus, in quantis ipsa quoq; fu
set angustijs ob Domini passi
nem, mortem, amissionen
cumq; his conferens benefic
um præsens, quo præter opin
onem fruebatur: præ gaudij v
hementiâ, quâ & Domino & s
bi gratulabatur, non potuit
uelli à pedibus eius, sed eos a
dentissimo casti amoris affect
constringens, & osculis lachry
misq; rigans, dicebat apud se
quod amica illa casta: *Inue*
quem diligit anima mea, ten
eum nec dimittam: nec amitta
amplius. Hoc autem prohibu
it IESVS, noluit vt tactui pe
dum suorum inhæreret, aut hæ
reret in præsentiâ corporis sui
quamquã tam sinceriter quàn
flagran-

2 Cant. 3. v. 4.

Cur Iesvs se tangi prohibuerit.

agranter amaret: eò quòd nō
m ipse præditus esset corpore
ortali, quod à mortalibus pro
sorum solatio aut libitu tan-
ndum esset, sed immortali,
iod à mortalium societate se-
egandum.

Vt enim vidit Magdalene
ominum resurrexisse, non ali-
n animo concepit resurrectio-
em quàm qualis fuerat fratris
ius Lazari, ad vitam morta-
m, quasi familiariter, vt ante
ortem, inter homines esset
rsaturus, & omnibus se tan-
ndum præbiturus: idcirco
plexa est eum more morta-
m, quamuis humillimâ eum
omissione; & retentione,
dum eius lenire desiderauit
lorem animi sui, quemadmo-
m inhærerent amicus collo &
plexui amici, è summis peri-

culis ad se cum salute redeu
tis, non alium IESVS fruei
modum tenens, quàm si v
cum eo in terris ageret. *M*
videtur, inquit Chrysostom
velle eam adhuc cum eo vers
vt solebat, & ex lætitia nihil d
magnum cogitasse. Atqui I
SVS Magdalenes animum m
vult ad sublimiora trahere: s
tim vt resurrectionem credi
docet eam, corpus quod resu
rexit esse immortale; & segr
gandum ab hominum morta
um consortio, se enim bre
ascensurum ad Patrem in cælo
ac proinde non iam se ama
dum, honorandum aut cole
dum, tactu corporis, verùm an
mi affectu in cælum sublat

Maria Apostolorum Apostola.

Constituitur deinde Magdal
ne à Domino apostola ad apo
stolos; nam & sic decuit, vt si

cu

ut à muliere oblata fuerat viro
ortis occasio, sic à muliere
ris nunciaretur facta redem-
io.

Cap. XX.

IESVS APPARET
etiam cæteris Magdalenæ sociabus, quæue illis locutus fuerit.

CVm Maria Magdalene hę-
sisset apud sepulchrum,
quasi exigens à sepulchro
orpus quod ei fuerat cõmen-
tum, cæteræ mulieres paulò
ngiùs à sepulchro digressæ,
el quæsierunt sicubi iaceret
ominicum corpus, vel despe-
ntes se posse inuenire, paula-
m se compararunt ad abeun-
.im. Interea verò Magdalenæ

ad sepulchrum IESVS apparuit, (quòd supra pluribus est declaratum) qui simul ac disparuisset, illa accurrit ad socias, quas participes cùm fecisset adeò lætitiæ nuncij, traxit secum, vt simul cum ipsâ, IESV ab ipsâ visi resurrectionem mandataq; Apostolis nunciarent. Hoc in itinere, vt non ex solius Magdalenes, sed ex proprio omnes a singulæ oculorum testimonio Apostolis certissima ferre possent nuncia, IESVS omnibus simul mulieribus apparuit: atq; hoc illud est, quod Matthæus narrat: *b Et exierunt citò de monumento, cum timore & gaudio magno, currentes nunciare discipulis eius. Et ecce IESVS occurrit illis, dicens: Auete, Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum.*

a Ioan. 20. v. 14.

b Cap. 28. v. 8. 9. 10.

IESVS apparet Mariæ sociabus

Oc-

Occurrit IESVS ex insperato non facilè enim tale quid speabant, quamquam Magdalenæ charissimæ iam apparuisset, (postea quam Angelus dixerat rursum in Galilæam) occurrit inquam, visibilis & propriâ effigie nobilis, indutus idoneis vestibus pro conditione earum quibus apparebat, quamquam beati corporis natura eas respueret.

Dicens: Auete, χαίρετε, gaudete, saluete. Syrus *Pax vobis*: quib⁹ verbis non dubium quin IESVS sit vsus, vtpote salutandi formulâ Hebræis sibiq́ue inprimis familiari, sed diuiniùs acceptis, quibus optarit eis salutem illam, quam ipse suâ morte quidem promeruerat, resurrectione verò demonstrabat & reipsâ exhi-

Eas salutat.

exhibebat. *Illæ autem* primo adſpectu IESV è morte rediui-ui, eoq; inopinato, retroceſſe-runt nonihil, quod videtur: ſed mox certò eum recognoſcen-tes, ex loquelâ viuæq; vocis e-nergiâ, facie, corporis habitu, geſtib⁹, cæteriſq; proprietatib⁹, ita vt nullus apud eas relinque-retur dubitandi locus, *acceſſe-runt* propiùs ad eum, præ gau-dio non ſe continentes, quòd viuum recepiſſent Dominum, qui indignè adeò fuerat occiſus. Cumque deſiderarent ruere in eius amplexus, ſed doctæ à Ma-gdalene non eſſe excipiendum & tractandum vt hominē mor-talem, qui relicto hominum conſortio breuî aſcenſurus eſ-ſet ad Patrem, reueritæ maie-ſtatem reſurrectione præſtantis ſe Filium Dei, maximâ cum ani-

IESVM adorant mulieres.

mi

ni corporisq́; submissione, *te-*
uerunt, tetigerunt, amplexæ
tq; osculatæ sunt, sinceræq́ue
idei affectu constrinxerunt, *pe-*
les eius, humi ad eos prouolu-
æ, vtpote sese humiles valde,
ro tantâ maiestate, & indignas
ntiquâ familiaritate, agno-
centes. *Et adorauerunt eum*,
t exteriori corporis habitu, ita
tiam interiori animi affectio-
ie. Celebris est adorantium
habitus, vt procumbant proni
n terram: & videri possit, inter
udæos, genus adorationis mu-
ierum erga viros fuisse, pedes
angere, si exempla Sunamiti-
lis [c] & Magdalenæ [d] conside-
entur. Vt igitur vsæ hoc cor-
oris gestu, ita animo agno-
centes, iam clariùs etiàm, quàm
vncquàm anteà, Filium Dei;
adorauerunt mulieres istæ IE-

Quali corporis gestu.

c 4 Reg. 4. ℣. 27.
d Luc. 7. ℣ 38.
Ioan. 12. ℣. 3.

svm: & quamquam nihil dixisse legantur, intelliguntur tamen opere ipso clamasse, quod paulò pòst Thomas verbis: *Dominus meus & Deus meus.* e Fuit autem adoratio, signum non ambiguæ notitiæ.

e Ioan. 20. v. 28.

Tunc ait illis Iesvs: *Nolite timere. ite, nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam: ibi me videbunt.* Gaudebant maximopere ob præsentiam Domini Iesv: & tamen timebant ac tremebant, ex affectione naturæ humanæ, quæ hoc habet, vt timeat, si cælestia aut maiora se oculis occurrant. *Naturale est hominum,* inquit Druthmarus, *cùm aliquid supra naturam suam viderint, timere.* Quia ergo videbant ante se Iesvm Filium Dei è morte rediuiuum, timebant, & ex timore ac reuerentiâ maxi-

Cur timuerint.

maximâ procidebant in terrâ. Animat igitur eas IESVS & erigit, timorem eis auferens non gaudium, eò quôd resurrectio ipsius, non timoris, sed veri ac perpetui gaudij materiam credentibus adferret. Aufert inquam eis timorem omnem, tum vt familiariùs ipsum adspiciant & recognoscant, tum vt liberiore ac quietiore animo accipiant quæ dicturus est. Priorem rationem Titus ex Chrysostomo declarat his verbis: *Disijcit porrò ab eis & ipse timorem, ad fidem illis maiorem in modum aditum patefaciens*; posteriorem Hieronymus scribens in Matthæum: *Et in veteri, & in nouo testamento, hoc semper obseruandum est, quod quando angustior aliqua apparuerit visio, primùm timor pellitur, vt sic mente paca-*

tà possint quæ dicuntur audiri. Deinde ablegat eas à se, non enim erat ipsis iam familiariter conuiuendum cum IESV immortali, vt anteà cùm mortalis esset, sed sufficiebat quòd vidissent IESVM & recognouissent, & certiores factæ essent resurrectionis ipsius. *Mulieribus autem pro Apostolis vsus est ad Apostolos, honorans genus quod ex serpentis seductione infame factum fuerat. Et quia olim mulier viro facta est ministra mœroris, nunc mulieres sunt viris ministræ gaudij.* Hæc Euthymius, Chrysostomum imitans. Prius voluit IESVS apparere mulieribus, quàm discipulis, vt discipuli (qui vt potissimum debebant scire, ita difficillimè erant crediturі, IESV resurrectionem) per mulierum nuncium præ-

Mulieres cur Apostolorum Apostolæ à IESV constitutæ.

præpararentur ad hoc, vt faciliùs reciperent & crederent, quando IESVS eſſet eis apparaturus. Mulieres mox vt apparuit IESVS crediderunt: diſcipuli verò, etiam apparente IESV, quàm difficulter crediderint, ſcimus.

Cur illis non creditum?

Abijt ergò Maria Magdalene cum ſociabus, nunciatum diſcipulis IESV à ſe viſi mandata. Cùm verò retuliſſent Apoſtolis omnia à ſe viſa & audita, habita ſunt ab eis pro muliebri delirio, fabulâ, ſomnio. *f* Exiſtimarunt enim illuſum fuiſſe mulieribus, vel à ſpectris apparentibus, vel à proprijs phantaſmatis, vt nonnumquam is ſexus, quâ eſt phantaſiæ inconſtantiâ ob mẽtis imbecillitatem, videre ſibi videtur, quæ non videt ſed imagina-

f Luc. 24. §. 11.

ginatur dumtaxat. Cæterùm etsi non profuit hoc mulierum nuncium ad extorquendam protinùs fidem : profuit tamen ad animos eò præparandos.



Heu nimium placui mundo, nec MAGDALIS essem
Munda, nisi CHRISTI sanguine tota forem

CAP XXI.

MARIAE MAGDAlenæ, post Christi ascensionem vitæ historia, vsq; ad eiusdem obitum descripta.

POst hæc eodem ipso primo resurrectionis die, IESVS Apostolis Ierosolymæ apparuit, sed inde profectis in Galilæam (prout IESVS ipse præscripserat) sæpiùs illic, dum fluerent dies quadraginta, visus est: tandem verò è Galilæa reuersis Ierosolymam (illic enim volebat suos exspectare, Spiritus sancti aduentum, & ordiri prædicationem euangelij) die quadragesimo præsentem se rursus Ierosolymæ exhibuit: id quod

quod tacitè indicatur apud Lucam, [a] dum dicitur *eduxisse illos foras in Bethaniam*, vt scilicet postremùm ante abitum inuiseret fidelissimos charissimosq; discipulos & hospites, Mariam Magdalenam, Martham, Lazarum, aliosq; suos, qui illic poterant iam agere.

[a] Cap. 24. v. 50.

Bethaniæ & Montis Oliuarum distantia à Ierosolymis.

Et è Bethaniâ reuersus ad vicinum montem oliuarũ (Bethania Ierosolymis distabat quindecim stadijs, quod sæpiùs iam diximus: medio itinere situs erat mons oliuarum ex opposito ciuitatis Ierosolymorum ad orientem, distabat ab eâ itinere sabbati, quod habent Acta Apostolorum; sex stadijs, si à vertice, quinq; si à pede occiduo metiaris, quod habet Iosephus, [b] interiacente valle Iosaphat, quæ media secatur à torrente

[b] Lib. 20. Antiq. c. 6. & 6. de bello, c. 3.

rente Cedron) ex quo (quod Lucas *c* dat intelligendum) ac proinde non ex Bethaniâ, IESVS aſcendit in cælum, vt vnde ad ſubeundam crucis ignominiam profectus fuerat, inde aſcenderet ad cæleſtem gloriam, monte vtens quaſi gradu ad aſcendendum in cælum. Nam etſi potuit quocumq; ex loco etiam humillimo aſcendere: fecit tamen humano more, vt quantum terrâ gradiendo & cum diſcipulis colloquendo aſcendere poterat, aſcenderet, nec miraculo, quamdiu natura ſeruire poterat, vteretur.

c Act. 1. v. 12.

Vnde IESVS cælum aſcenderit.

Aſcendebat autem, non volantis more, aut gradientis, at ita ac ſi aliorum manibus geſtatus, & paulatim ſurſum portatus fuiſſet ; non enim mox è conſpectu diſcipulorum ſublatus

Quomodo ferebatur?

tus fuit. *Ferebatur* autem viâ rectâ, quamdiu quidem ab Apostolis videbatur, idq; facie ad occidentem versâ, quod ij qui loca sancta visitarunt, docent ex ijs quæ etiamnum supersunt vltimis vestigijs pedum Domini, quæ ascendens, petroso monti, memoriæ causâ impressérat, teste inter alios Auctore libri de locis Actorum Apostolicorum inter D. Hieronymi opera: quamquam (quod ex apostolicâ traditione refert S. Damascenus *d*) ascenderit ad ortum, id est, ex monte oliueti in oriente sito.

Vestigia pedum IESV monti impressa.

d Lib. 4. de Orthod. fide cap. 13.

Porrò illi præsentes adspexerunt fixis oculis euntem in cælum quamdiu potuerunt, donec scilicet *nubes suscepit eum ab oculis eorum*, & Angeli admonuerunt, eum non amplius corporeis

poreis oculis requirendum, donec redeat ad homines iudicandos. e Posteà *regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno f*, & quidem eandem in domum idemq; cænaculum, g nec enim fas erat eos distrahi, *donec induti essent virtute ex alto*; ibiq; simul habitabant, donec aduenisset Spiritus sanctus, & siue domi siue foris essent, totos se dabant laudando & orando Deo, vt digni fierent Spiritu sancto quem exspectabant: foràs cùm prodirent, non aliò quàm in templũ exibant. Dum ergò proximum exspectant Spiritum sanctum, veris exercitijs quæ pietatem decent toti operam impendunt. *Inter laudum deuotiones, promissum Spiritus sancti aduentum, promptis per omnia paratisq; cordibus exspectant,*

e Actor. 1. §. 9 10. 11.
f Luc. 24. §. 52.
g Act 1. §. 13.

etant, inquit noſter V. Beda.

Quamdiu Magdalena permanſerit Ieroſolymis?

Maria Magdalena cum Apoſtolis & cæteris Chriſti diſcipulis, permanſit Ieroſolymis, vſq; ad perſecutionem illam, quæ excitata eſt poſt S. Stephani lapidationem, *b* Tùm enim Saulus deuaſtabat Eccleſiam; & ſolicitâ curâ perquirens viros & fœminas, Chriſtianæ religioni addictos, in carceres conijciebat. *i* Vnde de ſe ipſo coram Feſto Præſide, & Agrippâ Rege ſic eſt locutus; *k* *Ego quidem exiſtimaueram, me aduerſus nomen* IESV *Nazareni debere multa contraria agere, quod & feci Ieroſolymis, & multos ſanctorum ego in carceribus incluſi, à Principibus ſacerdotum poteſtate accepta, & cùm occiderentur detuli ſententiam.* Et alibi: *l* *Ego ſum vir Iudæus, natus Tarſo Ciliciæ,*

b Actor. 8. v. 1.

i Ibid v. 3.

k Act. 26. v. 9.

l Actor. 22. v. 4. 19.

nutri-

nutritus autem in iſtâ Ciuitate ſecus pedes Gamalielis, eruditus iuxta veritatem paternæ legis, æmulator legis, ſicut & vos omnes eſtis hodie. Qui hanc viam perſecutus ſum vſq; ad mortem, alligans & tradens in cuſtodias viros ac mulieres, ſicut Princeps ſacerdotum mihi teſtimonium reddit, & omnes maiores natu.

Hæc prima in fæminas perſecutio, à Saulo eſt excitata; quæ etiam tempore Chriſti paſſionis, abſq; aliquâ offenſione intrepidè ipſum ſunt ſecutæ ad Caluariæ locum, ſteteruntque iuxta crucem ſecuræ, ac deniq; militarem cuſtodiam irrumpentes, illæſæ adiêre ſepulchrũ: vt ex his facilè videre ſit, quanto animi furore ac rabie Saulus præ cæteris, in Chriſtianos ſæuiret.

Perſecutio prima in fæminas à Saulo excitata.

In

Magdalena cum suis Iudæâ pulsa.

In prædictâ igitur persecutione, Maria Magdalena, cum fratre Lazaro, Marthâ sorore, alijsq; pluribus nauiculæ sine remigio vel duce impositæ, & mari expositæ, à Iudæorum finibus expulsa est. Sed Deo duce in Massiliam nauigio delatæ, cùm Regem ibi & Reginam quàm plurimis miraculis ad Christi fidem conuertissent; ad vrbem Aquensem se contulit, & ibidem Christi doctrinam Gentilibus annunciauit. Inde Massiliam rediens, ad secretissimum locum in asperrimũ montem concessit. Quo loco delectata per triginta annos, incognita postmodùm stetit, vbi nec aquarum fluenta, nec herbarum, aut arborum erant solatia. Per singulos autem dies, septem horis canonicis, leuaba-

Massiliam venit, & quæ ibi egerit.

tur

ir Angelorum manibus, & cæ-
stium agminum concentus
ulciſſimos, etiam corporeis
idiebat auribus, hiſq; ſuauiſ-
mis dapibus ſatiata, in Dei
udibus perſiſtens, corporeis
imentis non indigebat. De-
ùm ætate matura, miniſterio
ngelorum ex monte illo, de-
ta eſt in medium chori Eccle-
æ Aquenſis ad virum ſanctiſſi-
um Maximinum illius loci E-
iſcopum: qui inſtar ſolis radi-
ntẽ eam cùm inſpiceret, multo
emore & pauore perterritus
t. Sed illa placido vultu, &
auiſſimis ſermonibus eum al-
oquens: Accede, inquit, ad
e pater ſancte, accedere ad
liam tuam ne verearis. Mor-
s meæ nunc tempus inſtat,
c ſic veniens itineris vitiati-
um à te peto. Conuocans

O igitur

igitur ſacerdotes Epiſcopus eidem ſacratiſſimum Domi ſui corpus & ſanguinem, int Miſſarum ſolennia obtulit; qu ſuſcepto ibidem ante alta Magdalena Deo reddidit ſpir tum. Exanimata illicò tant flagrauit odoribus, vt delibu optimis vnguentis putaretur.

Eius obitus.

Plura quidem de S. Mar Magdalenâ narrant S. Anton nus, [n] & Petrus de Natalibus, quæ tamen ita legenda ſuad Cardinalis Baronius [p], vt in mnibus ſeruans Apoſtoli reg lam, cuncta probes, quod b num eſt teneas.

Aliorum etiam apocryph rum ſcriptorum, & quæ ſibi i ſulſa viſa ſint, meminit ide Baronius.

Præſtat tamen fide digna a huc ſubiungere, & quæ de vi ſu

[m] *Acta Mariæ, Martha & Lazari.*

[n] *p. 1. tit. 6 c. 19.*

[o] *In Catal. lib. 6. cap. 124.*

[p] *In not. ad Martyrolog. 22. Iulij.*

iâ solitariâ S. Maria ipsa cui-
am monacho enarrarit au-
ire.

MARIA MAGDALE-na F. Eliæ apparens, eidem vitæ suæ seriem pandit.

VT nosti, inquit, è Ieru-
salem Massiliam multi,
Deo volente & naue
ibuehente deuenimus. At vbi
Massilia & pars non parua regi-
nis, IESV Christi fidem su-
cepit, tantum circa nos huma-
us fauor & inquietudo creue-
unt, vt hominum consortia
ugere cogitarem. Rapta verò
iuinitùs, sub huius antri fui ore
eposita. Cumq; hinc indè per
ocum mihi à Deo paratum lu-
nina direxissem, draconem,

Magdalena diuinitùs transfertur in locum desertum.

quem mea ſoror Martha occi
dit, repentè inter lucem & te
nebras adſpexi, cuius horrorem
ſufficienter exprimeret nemo
erat bubalo maior. Vidi & o
mnis generis viperas. Subit
me apparente in ſpeluncâ, &
draco & viperea multitudo ex
citantur in me, oculis & ſibili
ſuum furorem præ ſe ferente
Nam viperæ quidem innixæ
caudis, pectoribus aſſurgeban
ſed draco omnibus immanio
ità me conterruit, vt timeren
eius adſpectum, immò nec fer
re poſſem, quæ mortem non ti
mebam. Heu me, tunc inqui
IESV mi: niſi mihi ſtatim ad
fueris, aut deuorabor, aut pra
pauore ſpiritum efflabo. Con
traxit tunc ſubitò draco caput
quaſi me non curaret: ſed de
nuò ſtatim extenſo ac dilatato
vaſtiſ

aſtiſſimo gutture, & concuſ-
s alis, me deuorandam inuaſit.
Cùmque iam deglutiendam in
ua ora traxiſſet, quia linguâ nõ
oteram, ſic ſum profundo &
curo corde locuta: Dulcis a-
hor IESV, triſtemné ac ſolam
n deſerto poſt innumera tua
ona me draconis effeciſti?
ùnc ſubitò Angel⁹ de ore dra-
onis eductam me allocutus eſt,
icens: Beata quæ fidem tenes;
c draconem calce percutiens:
gredere, inquit, hinc draco,
omnes viperæ tecum. At re-
entè ſe dedit draco & reliqua
rba præcipitem, & volans ac
editans deſertum adiuit, in
uo illum mea ſoror Martha ſu-
erauit.

Maria Magdalena a dracone & viperis per angelum liberatur.

Igitur Angelus Michaël ſpi-
tum efflauit odoriferum, qui
n flammam conuerſus, totam

baumam lambens, immunda ac fætidas viperarum fæces absumpsit, & locum omnẽ mundum ac redolentem effecit. Deinde verò ad me conuersus

Magdalena exemplum pœnitentiæ.

Deus, inquit, quem tantùm Magdalena concupiscis & semper habes, te vult hunc locum lachrymis irrigare profusis, v futuris seculis exemplum pœnitentiæ perpetuò fias.

Remansi eo disparente perterrita, & loco lustrato, hominibus inuiũ ascensum descensumq;, rupe vetante, cognoui. Tunc amoris dulcedine in lachrymas resoluta, me ad terram prostraui, adorans ac dicens: Gratias tibi, Christe amor, quòd me omni meâ affectione replêsti: sed oro, fontem in rupe hac exhibeas deprecanti. Crepuit statim sub meis oculis immane

hoc

oc ſaxum, & quas cernis, Elia, quæ è duro ſilice ſcaturiêre. Cumque ante ipſum limpidiſſimum fontem genu flexo, Chriſto gratias agerem, eccè plùs quàm mille ſpiritus vidi in ſpeluncæ dexterâ ſtetiſſe, verba ſuauiſſimi amoris Hebraicâ linguâ decantantes. Cùm igitur poſtremò ſubintuliſſent, non expedire animæ tam aſſiduam orationum frequentiam, eleuatis oculis, plenum aërem extra ſpeluncam ex ſimilibus inſpexi. igitùr cùm eos dæmones ſuſpicata, IESVM, nimiùm territa, exclamâſſem, repentè cum ſuis militijs Angelus Michaël, adfuit, dicens: Adſum Magdalena: nè timeas. Deniq; malignis ſpiritibus congreſſus, eos omnes in fugam compulit, ità clamantes: Non eris tamen ideò

Fons ad precem eius ſcaturit è rupe.

beata tu, quæ orationibus vacas in antro. Crucem igitur in ore ſpeluncæ Angelus erexit, dicens: Caue nè extimeſcas in poſterùm: quia cuſtos tuî eſt altiſſimus. Igitur ante Crucem eo diſparente cùm iacuiſſem, orationi, timore nimio exſiccatis viſceribus, inſtare attenta non prævalens, collectas duas radices in ipſo ore ſpeluncæ & lotas comedens, aquam de fonte bibi, poſt quam humanum aliquid non guſtaui. Crucem deinde complexa, eâ die ac nocte ſequenti orans, orto ſole, viſum ad Crucem ipſa leuaui, coloris, vt videbatur, cryſtallini, & radijs fulgentibus coruſcam. Cumque in me vehementiſſimi amoris flammam perſenſiſſem, eccè tam læta & iubilans Angelorum turba adfuit, vt æternam

vitam

tam in hoc antro credidisses.
epentè igitur ab his ad infer-
alia loca delata, pœnarum ge-
era & punitorum turmas in-
exi, Cumq; ad loca Purgato-
j ventum esset, tantâ dulcedi-
e me spiritus deuoti circum-
eterunt, vt mihi viderer esse
i patriâ, & cum magnâ teneri-
udine dixerunt: Ora pro no-
is Magdalena nostra. Quibus
go: Vtinàm, inquio, vestra
oluntas per me impleatur.
Animaduerto, quantum vobis
uxilij sit opportunum. Deindè
erò ad Crucem iterùm repo-
itæ mihi Angelus ait: Quanto
empore tuus ac noster amor
ESVS in terris te propter euixit,
anto tu quoq; in hac spelunca
noraberis.

Rapitur Magdalena ad locum inferni & purgatorij.

Steti igitur, eo disparente,
d Crucem orans, & Christum

lutem meam contemplabar. O
Quotidie crebro in aëra sustollitur ab Angelis.
mni autem euoluto die, Ange
lorum adfuêre militiæ, & m
tam sublimem in aëra sustule
runt, vt cæleſtes audiuerim re
sonare melodias. Quod abin
dè citra septiès semper intrà di
em & noctem fecerunt. Frigu
ac gelu, diuino igne succensa
iam non curabam. Cumq; mea
veſtes paulatim vetustate deci
derent, paulatim quoq; diuinâ
pietate mei creuêre capilli: ac
demùm cùm semicinctia è rupe
deieciſſem, seſe adeò diffude
runt vt à me lapidibus succe
dendi greſſum præpedirent. In
ipsâ verò Cruce myſteria Chri
sti cuncta videbantur.

Crux mirifica Magdalenæ exhibetur.
Ibi Annæ ac Ioachim hiſto
rias: Ibi Mariam IESVM meum
mihi parientem: ibi Crucifixi
tetrum liuorẽm, ibi pium cru
orem,

rem, ibi dura vulnera, ibi
Crucem ac mortem eius daba-
ur intueri, & eundem regredi-
ntem ab inferis, & cæli sidera
enetrantem. Cumq; his ciba-
a ferculis, nocte dieq; flerem,
ùm lauandi vultûs gratiâ fon-
em petiuissem, obuium mihi
umanâ formâ IESVM me his
erbis alloquentem vidi: Te
ropter Maria loca ista consti-
ui. Circumstabant cælestes
nilitiæ regem suum, florum
erta gestantes, & oliuarum
almarumq; ramos tenentes in
manibus. Et eccè resplenduit
ubitò assumpta humanitas, &
eipsum ad instàr suî, cùm esset
in monte Thabor Saluator trãs-
figurauit, adeò vt me oculos in-
flectere tanta maiestas compu-
lerit. Me quidem ad vultum
dilectum oculos attollere dul-

Christus ei appa-ret.

Matth. 17.

Sæpiùs à Christo visitatur.

cis amor inflammabat, sed minimè valui. Cumque mecum multa contulisset, illapsus est cælo: & quoàd vixi, centiès ac deciès me in spelunca pro suâ pietate visitauit. Hæc S. Maria ad F. Eliam: subdit Siluester.

Mirabitur autem fortassis vir animalis, diuinam pietatem peccatricem animam tam præclaris donis extulisse: sed si viderit, qui eiusmodi est, prædicantem Christum, & fortè lasciuientem in sermone Mariam, subitò diuini sermonis iaculo percussam, sui pectoris arcana lachrymis & singultibus reserare: si viderit repentè agitatam doloribus, & amore liquefactã, torques, armillas, dextralia, margaritasq; deponere, & effusis comis, lugubres assumere vestes: Si, inquam, viderit hanc

IESV

IESV Christi tenuisse vestigia, & hæc lachrymarum flumine lota exsiccare capillis, & cordialibus osculis ac miserandis vocibus misericordiam suis sceleribus implorare: si à maculis absolutam, in pace Christi pietate remissam: si prædicantem vbiq; Christum, & Mariam comitantem: haurientem quidem Christi doctrinam, sed substantiam effundentē: Si hanc viderit pauperem ac itinere fatigatum Saluatorem mundi excipere domo, fouere vnguentis, dapibus recreare, & discipulorum eius turbam suis facultatibus sustentare: Si propinquis, immò & discipulis fugientibus, carnifices inter intrepidā Cruci adstitisse, cruentam sanguine, lachrymis infusam, aërem eiulatibus adimplentem: Si contem- *Ioan. 19.*

templari ſepulchrum, & vnguenta parare: ſi mulierem fragilem ſexu, noctis tenebras & arma cuſtodum non extimuiſſe, (ô vim amoris immenſam) quin dilectum extinctum quæreret in ſepulchro: ſi poſtremò hanc viderit vacuo ſepulchro colligatam, & nulla iam præter lachrymas habere ſolatia, videbit pariter diuinam pietatem, hanc ab extremo in extremum non niſi per opportuna media deduxiſſe. Quæ enim crimina poſſent tot gemitibus, tot lachrymis, tanto ardore non eſſe abolita? Si animas ſceleſtiſſimas baptiſmalis vnda, ſanguinis Chriſti operante virtute, pulcherrimas, & in oculis Dei optimi maximè ſplendentes reſtituit: quid in Mariâ ſanguis Chriſti, è Cruce ſtillans, effecit?

Marc. 15. & 16.

Ioan. 20.

Mi-

Mirari igitur magis oportet ignauiam hominum atq; socordiam, qui in Mariâ Christi pietate perspectâ, subitò quamuis atroces, quamuis scelesti & flagitiosi, non atteruntur, vt vbi superabundauit delictum, superabundet & gratia ?

CAP. XXII.

QVOMODO CORPVS eius translatum fuerit, & dequibusdam miraculis per eam factis.

DE translatione S. Mariæ Magdalenæ anno Domini DCCXLV. factâ, Sigebertus hæc compendio describit: *Persecutione post lapidationem Stephani protomartyris motâ, Maximinus vnus de septuaginta*

ginta duobus discipulis ad Gallias transiens, Mariam Magdalenam secum adduxit, & eam apud Aquensem urbem, cui præsidebat, sepeliuit defunctam. Aquensi verò urbe à Saracenis deßlatâ, corpus eius à Gerardo Comite Burgundiæ ad cœnobium Viceliacum à se constructum transfertur. Quamquam aliqui scribant, quod illud apud Ephesum quiescat, nullum super se tegumen habens. Hæc Sigebertus. Fuit etenim Græcorũ opinio, quòd corpora Maria Magdalenæ & Lazari quiescerent Ephesi; vnde Cedrenus *a* de Leone Imperatore Basilij filio, hæc ait: *Condidit templum S. Lazaro sacrum, inq; eo Lazari & Magdalenæ reliquias Ephesò allatas deposuit.*

S. Mariæ Magdalenæ corpus Viceliacum transfertur.

a In compend hist.

Insuper Zonaras *b* testatur S. Lazari corpus è Cypro insulâ transf-

b Lib. 3. Annal.

translatum Constantinopolim, necnon & S. Mariæ Magdalenæ simul condita esse à Leone Imp. cognomento Philosopho, in Basilicâ à se erectâ: *Sed Latinis magis assentimur*, inquit Card. Baronius. c Prædictam translationē ita describit Vincentius Beluacensis. d *Porrò quando de vrbe Aquensi translatum est corpus sanctum, inuentum est in sepulchro suo ex omni parte integerrimum, cute etiam integerrimâ superductum manibus pectori impositis, ex more iacens extensum. Quam scilicet sacram glebam frater Badilo Viceliacensis cœnobij, qui ad hoc ipsum ab abbate Hendone, & Gerardo Comite illùc directus erat; vt si quod inuenire pignus posset, reuertens ad illos deferret; integerrimam, vt dictum est, reperit, & odor ineffabilis suauitā-*

c *In not. ad Mart. 22. Iulij.*

d *Lib. 23. spec. hist. c. 152.*

uitatis inde efferbuit. Cui scilicet Badiloni, nocte sequenti visum est, se aspicere quandam religiosissimã Dominam, candidissimis vestibus indutam, satis accuratè à capite vsq; ad pedes circumamictam, dicentem sibi: Ne formides quoniam eundum est nobis vnà tecum ad locum à Deo prædestinatum. Manè ergò facto, secretò suos conuocauit, & corpus sacrum pannis inuoluens mundissimis, vehiculo imposuit. Pergentes autem, cùm ad miliarium præfati cœnobij peruenirent, capit sacrum corpus tanto pondere deprimi, vt quamlibet plurimi accederent, nullatenus indè ferre valerent: donec fratres audito eorum aduentu, & impedimento itineris, cum thuribulis & crucibus, accensisq; cereis, in albis occurrerunt, cunctiq; se humi prostrauerunt, omnipoten-

potentiam Dei, & ipsam amicissimam IESV Christi Mariam attentiùs obsecrantes, vt glebam sui corporis à loco illo ad Monasterium deferri permitteret. Itaq; ab oratione surgentes tantâ agilitate perrexerunt, vt magis ipsi portari, quàm aliud portare viderentur. Sicq; cum exultatione summâ, melodijs monachorum resonantibus, tinnulisq; signorum perstrepentibus intromiscerent, corpus in ecclesiam S. DEI genitricis, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli honore à principio consecratam, atq; ibi honorificè, vt decebat, reposuerunt, XIV. Kal. Aprilis. Quo in loco ex tunc Domino cooperante diuersis signorum virtutibus claruit.

De quibusdam miraculis B. Mariæ Magdalenæ meritis patratis. 1. Miraculum.

HÆc quæ primò narrantur, ſupracitatꝰ Vincentiꝰ ibidem ſubiungit. [a] *Apud Aruernenſem vrbem miles quidam in prælio captus, & hemicicliis boiarum conſtrictus, ita vt quorſum ſe omninò vertere nequiret, cùm ſponſorem pro ſe ſufficientem non haberet; attentiùs S. Mariam Magdalenam exorauit, vt ſicut eam Chriſtus à vinculo ſuorum peccaminum abſoluit, ſic eius interuentu illum à vinculis ferreis, quibus tenebatur aſtrictus abſolueret. Quod dùm ſæpiùs ageret, quadam die dùm nomen Mariæ Magdalenæ recitando reuolueret, exiliens velut crociſcus ferri à bois, calcaneotenùs traductus concidit. Quod comperiens is, qui eum cæperat, liberum abire permiſit, & ille nudis greſſibus Vicelliacum pergens, pro-*

[a] *Lib. 23. c. 153.*

libe-

liberatione suâ grates redditurus compedes secum tulit.

Similiter apud Castrum Nan- 2.
tonis plebeius quidam crudeliter catenatus, brachijs & cruribus astrictus, ob exactionem cupidæ intentionis totâ deuotione spondebat se seruum B. Mariæ Magdalenæ fieri, si eius obtentu mereretur ab his cruciatibus liberari. Qui nocte quadam vidit speciosam quandam ante se stare, quæ sibi leni nutu intimabat, vt surgeret. Cùmq; ille niteretur respondere: Non valeo; expergefactus à vinculis solutum se reperit. Moxq; ferreos nexus assumens, liberatrici suæ detulit.

Nobis quoq; dùm superiùs di- 3.
gesta scribere conaremur, eadem amatrix Christi apparuit.

Nauis in Ligeris fluminibus viris & mulieribus onusta insurgente ven-

te vento & vndis impellentibus a-quis impleta cæpit periclitari, & ad ima demergi.

Tunc omnes qui in naui erant, subitæ mortis terrore præterriti, spem precis in alicuius diuini voti sponsionem omninò perdiderunt. Iamq; naui submersâ & ceteris qui aderant vndis inuolutis, subitò morituræ mulieri cuìdam in mentem diuino instinctu venit, vt voce quâ poterat, inclamaret. O sancta Maria Magdalena, à Christo dilecta, per illas lachrymas, quas eius pedibus infudisti, te deprecor, vt ab hoc periculo mortis, interceſſione tuâ valeam liberari.

Erat autem mulier prægnans pignore filij, quem etiam deuouit, si euaderet, Domino dari, & si masculus esset Vicelliaci monachũ fieri. Statimq; generosæ speciei muli-

mulier ei apparuit, quæ manu ex-
tensâ mentum eius arripiens, leui
natatu ad ripam fluminis duxit,
sicq; ceteris pereuntibus sola libe-
rata natum puerum popoſcit bapti-
zari, eumq; Deo, & B. Mariæ
Magdalenæ vt mente conceperat,
obtulit.

Vir quidam cæcus ad prædictũ 4.
Monaſterium veniens, cum du-
ctor eius diceret ſe iam videre Ec-
cleſiam ad quam tendebant, ex-
clamauit dicens: O ſancta Ma-
ria Magdalena, ſi quando conti-
gerit Domino miſerante me vide-
re toralem Eccleſiæ tuæ. Ilicò
aperti ſunt oculi eius, & quod o-
ptabat miliario adhuc interiacen-
te inſequutus eſt.

Idem Vincentius etiam hoc
narrat: [b] *Tempore Hugonis E-* 5.
piſcopi Gratianopolitani accidit
miraculum per beatam Magda-

[b] *Lib. 27. cap. 9.*

lenam

lenam factum: Vir quidam pri
uignum habuit, qui dum ei bubu
ci ferret officium, dies beatæ Ma
riæ Magdalenæ obuenit quar
idem iuuenis, nomine Petrus, in
dictione sacerdotali cùm audisse
opere forensi inhibitam, vitric
agricultum imperanti reuerenti
am solennitatis obiecit: sed vitric
iurgantis imperium vicit. Ita
boues aratro subiungens, cum ipsi
us operis atq; animalium execra
tione prosequitur. Cumq; cæpt
iugibus maledictis illapidat, inu
tile sibi exauditur ad votum. N
boues & vtensilia, motis subitane
tonitru elementis, fulmine absu
muntur: & ipse, qui hoc fieri exe
gerat imprecando, atrociori sup
plicio & diuturniori addicitur
Eadem enim cælestis flamma, quo
bruta ligneaq; vorauerat, eius pe
di extemplo subripuit, quem in
breui

Vltio horrenda in transgressorem festi beatæ Magdalenæ.

eui cum reddidisset exesum, tibi-
n quoq; peruadens cruris pariter
prema corripuit: carnes quoq;
rans neruorum duritiâ tabidis
xibus latescente ossa retexerat,
demq; casu quotidiano vsq; ad
niculum hac illac dispersérat.
um igitur pro miserâ suâ habi-
dine putori, & pudori sic is esset
rentibus, ad quandam ecclesiã
atæ Mariæ Magdalenæ nomi-
dedicatam offerri se fecit, vt cu-
s temerata festiuitas occasio pu-
tionis extiterat, remedij causa
rsus existat. Itaq; sacer ignis,
ui partes iam corporis superiores
tigerat, merito illius extinctus
t, quæ ad pedes IESV Christi
concupiscentiarum ignem la-
chrymis extinguere me-
ruerat.

Miracu-
lum.

Cap. XXIII.

De aliis quibusdam miraculis ex aureâ rosâ Syluestri Prieratis.

6. Carolus Rex Siciliæ secundus, & Comes Prouinciæ circa annum Domini millesimum, ducentesimum, septuagesimum nonum, bello nauali cum rege Aragonũ congressus, victus & captiuatus est, & apud Barcinonem moritur, diro carceri mancipatus. Cumque omni humanâ spe destitutus, indubitatam mortem exspectaret in breui, à magistro Guilielmo de Tonnais, Ordinis Prædicatorum, confessore suo monitus est, vt Magdalenam qua-

Carolus Rex Siciliæ capitur.

quæ in terris sibi subiectis prædicauerat, pœnituerat & obierat, in auxilium aduocaret. Qui statim firmâ spe de meritis eius conceptâ, ieiunio & confessione & lachrymis ei se commendauit. Eccè autem in ipsâ vigiliâ festiuitatis beatæ Magdalenæ nocte adstitit ei matrona pulcherrima, Carolum voce sonorâ & proprio nomine vocans, preces eius exauditas commemorans, & vt se velociùs sequeretur, indicans. Cumque pro captiuâ familiâ suâ ille precaretur: Sequere, inquit, me, & te sequentur tui omnes. Sic autem factum est. Post paululùm verò cum aliquantisper processissent, illa firmato gradu & se inuocatam Magdalenam esse commemorans: Scis, ait, vbi sis modò? Atille: Intrà

Liberatur per B. Mariam Magdalenam.

muros, inquit, adhuc sumus Barcinonis, si non fallor. Falleris, inquit: sed iam es intrà terminos tui principatûs, & prope Narbonam ad * milliare vnum. Sunt autem inter Barcinonem & Narbonam tres magnæ dietæ, & triginta ampliùs * milliaria. Tunc ille perfusus lachrymis: Quid, inquit, ô domina, gratum rependere pro tanto beneficio possum? Dicam, inquit. Cùm instante bello quodam corpus meum de meo sepulcro sublatum, & loco eius aliud suppositum fuisset, vt fallerentur inimici, si meum corpus absportare voluissent, ità factum est. Vndè adhuc eo in loco iacent reliquiæ meæ, alijs loco earum sublatis Illuc perge, & eas talibus signis inuenies. Nam eo in

* leucam

* leucæ

loco

oco vitis est, quam sequens, de re meo prodijsse videbis: & bi est caput meum totum nudum, exceptâ eâ carne, quam ſaluator mundi in horto tetigit, cùm eius volui tenere vestigia. Capilli omnes interierunt, exceptis ijs, qui IESV Christi pedes tetigêre. Juxta caput est ampulla plena terra madefactâ sanguine Christi, quã sub cruce collegi, & semper, quoàd vixi, in memoriã Domini mei seruaui. Cùm hæc inueneris, honore digno eleuabis, & locum meæ mortis & meæ pænitentiæ fratribus meis, id est, Prædicatoribus trades. Ego enim prędicatrix & Apostola fui. Conuentui loci, in quo decessi, reditus pro centum fratrib⁹ assignabis, vt semper ibi vigeat studium generale. Et his dictis, disparuit.

Capilli qui Christi extersere pedes, manent salui.

Ille verò, facto iam die, Narbonam cernens, in eo loco, in quo Magdalena disparuit, Crucem figi iussit, quæ vsq; in præsens, Crux de leucâ, dicitur: & S. Maximinum adiens, omnia per ordinem reperit, & iussa perfecit. Nam cùm in illis duobus locis monachi habitarent, eis contributionem fecit, & loca illa fratribus Prædicatoribus tradidit, assignans reditus super gabellis ciuitatis Nicienſis & alijs, iuxta præcepta Magdalenę. Templum verò reliquijs eius regium incepit, sed non plenè perfecit. Profectus verò ad Regnum, monasteria duodecim vel plura Ordinis eiusdem Prædicatorum fabricauit atq; dotauit: in quibus de Magdalenâ vsq; hodie memoria quotidiè agitur: ac tandèm moriens; cor

Carolus Siciliæ rex multa extruit monasteria Prædicatorum.

suum

im Ordini eidem legauit, od vſq; hodiè in conuentu S. ominici de Neapoli, in ebur- à pyxide reſeruatur.

Anno Chriſti milleſimo, tre- nteſimo, ſeptuageſimo ſan- am baumam, ſeu Italicè bal- am, id eſt, antrum, in quo lagdalena pænituit, quidam ercator Tuſcus deuotionis ratiâ viſitauit. Hic indè ſic uino ſuccenſus amore regreſ- is eſt, vt ebrius amoris ſpiritu, erba eius relegenti videatur xtitiſſe.

Hic regreſſus in patriam, ſuæ itæ itinerarium vulgari metro onfecit, pulcherrimè veridi- eq; deſcribens & loca, & reli- quias omnes, quæ in S. Maxi- mino, in Maſſiliâ & Arelate & Auinione, & reliquis locis vi- cinioribus continentur. Se

quoq; præsente, fratrem Eliæ Ordinis Prædicatorum, qui Magdalenæ longo tempore, id est annis octoginta sex, in sancto baumâ seruierat, multa, quæ subinferam, reuelâsse, & post paululùm vitam finiuisse, testatur.

Igitur visitatis reliquijs & spelunca, dum consolatus mercator discessum meditaretur, fratres, apud quos gratiam forte inuenerat, eum beati patris Eliæ præsentia ampliùs consolari voluerunt. Cumq; manibus fratrum beatus pater Elias delatus fuisset, (Nam totus cõtractus, nil ferè præter linguam habuit vitam participans) visos peregrinos dulciter salutauit, ac fratri se deferenti ait: Ad locum meum me deportes, quia secreta Dei volo referare, quæ

tacui.

icui. Locum verò ſuum dixit
um, in quo adorationem in
peluncâ ſuper petrâ, in quâ,
octe Magdalena quieuit, ſtare
onſueuerat. Pro hoc verò ſci-
ndum eſt, montem eſſe in Pro-
incià, ab Oriente Niciam, ab
Occidente verò Maſſiliam, à
Meridie mare, & à Septentrio-
ne habentem Auenionem. Hic
ad altitudinem trium millium
paſſuum aſſurgit, & deindè iu-
bam ſeu criſtam gerit lapideam,
ab Occidente in Orientem de-
cem millib⁹ paſſuum & eo am-
pliùs extenſam, quæ ab Occi-
dente ſic præcisè cernitur, vt
murum vaſtiſſimum dixeris.
Nam ad inſtàr ferè duarum præ-
celſarum turrium eleuatur. In
rupis huius radice ſpelunca eſt
eleuata, quantum magnus, im-
mò maximus, iactus eſt lapidis,

Mons in Prouinciâ apud quem vixit Magdalena,

ore prospiciens Occidentem & clibani formam præ se ferens. Ante os spelunca est breue spatiolum: intùs verò ad læuam intrantis & ad spelunca medium, lapis à solo surgens, in cumulum eleuatur, & paulatim ac sensim versùs interiora spelunca euanescit: inter quem & extrema spelunca, fons pulcherrimus patet, frigidissimus tactu, & gustu dulcissimus, nunquàm deficiens, & nunquàm patenter ad extrà prosiliens. Super eo lapide Magdalena & cõtemplationi & quieti nocte vacabat, vt communis est fama, & imago ibi quasi Magdalenæ apertis oculis quiescentis, beato Maximino auctore, reposita testatur. Vndè cùm tota spelunca interdùm guttulis generati humoris humectetur, lapis ille solus,

plus, vt dicitur, omni tempore mmunis ab iniuriâ ſtillicidij onſeruatur.

Huc igitur dum pater Elias uiſſet delatus, ſequentibus pe-egrinis, & ad lachrymas ſanctiatis ei⁹ adſpectu concitatis, ait: Fratres, dies venit & hora mihi diù exſpectatæ mortis. Igitur quæ ad beatæ Magdalenæ gloriam & veſtræ ſalutis augmentum enarro, percipite. Cùm beatæ Magdalenæ ſeruiturus, deſertum iſtud & rupem horridã petiuiſſem, exacto hîc menſe, ſolitudinem faſtidiens, pænitui, & diſceſſum tacitus cogitaui. Quadam igitur nocte cogitationibus agonizans, ſubitò inſtàr crucis montem hunc lapideum in partes quatuor diuiſum inſpexi, atq; mihi quatuor mundi partes, Oriens, Occidens, Meridies,

Narratio F. Eliæ de B. Magdalenâ.

Apparet Magdalena F. Eliæ

ridies, & Septentrio, patuêre, & cælum sursùm abyssusq; deorsùm. Igitur timore perterritus, in terram excors cecidi. Cumq; verbis quibusdam dulcibus eleuatus, spiritum collegissem, toto corde Magdalenam in auxilium aduocaui. Hæc statim adfuit tam sereno & radianti vultu, vt in eam intendere non possem, operta capillis, & nuda brachia, ac pedes floribus redimita, dicens: Inconstans ac rudis, te propter apertus est mons, & te propter ego adsum: & per me, modò velis, anima tua in æternam vitam dirigetur. Tu hinc à meo seruitio discedere cogitâsti: sed audi, quæ dicam, & demùm age, quæ libet.

Exindè seriem vitæ suæ ordine ei narrauit, vt supra eam posui-

fuimus a Cùmq; verba finisset, hæc deinde subiunxit:

a Capite 21.

Itaq; Elia tibi consulo, teque rogo, vt in hac rupe Christi laudes exoluas, quô te ad vitæ portum tandem adducam. Sterilem locum sola ac nuda ego adiui: tu verò fratrum habes solatia, & victui vestituiq; abundanter opportuna. Igitur de perseuerantiâ cogita. His dictis, ab oculis meis, inquit, Elias, Magdalena euanuit, & ego in hanc vsq; horam omnes homines prædicta celaui. His dictis, post horulam beatus ille pater exspirauit, statimq; ipsæ cam-panulæ, in eâ rupe suspensæ, nullo hominum mouente, iubilârunt.

D. Dionysius Carthusianus b Elia duo miracula narrat. Prius, quomodò B. Maria Magdalena mili-

7.

b Ser. 3. & 4.

militem sibi deuotum in præli
sine confessione occisum susci
tauerit à mortuis, qui factâ con
fessione, & corpore Christ
sumpto iterùm obdormiuit in
Domino.

8. Posterius ita ab eo describi
tur: *Fuit Clericus nomine Ste
phanus, qui ad tantam vitiorum
enormitatem deuenerat, quod ne
verba exhortationis aut correctio
nis volebat audire. Verumtamen
in beatâ hac Magdalenâ magnam
habebat deuotionem, eius quoq;
vigiliam ieiunauit, festumq; co
luit. Cui semel in visione apparu
it hæc Maria inter duos stans an
gelos, eumq; increpans, quòd tam
impiè conuersaretur, dixitq;: Sur
ge, & panitentiam age, quia ne
ego te deseram, donec Deo fueri
reconciliatus. Qui mox tantam
sibi infundi gratiam sensit, quà*

cano

cœnobium intrauit, atq; in eo perfectè se emendauit. In cuius morte, visa est beatissima hæc Maria iuxtà feretrum cum angelis adstitisse, eiusq; animam, quasi columbam cum laudibus in cælum tulisse.

CAP. XXIV.

DE EIVSDEM RELIquijs ex eodem Auctore, operisq; conclusio.

CVm Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo (inquit idē Siluester) deuotionis gratiâ antrum, in quo pœnituit B. Maria Magdalena, & sacras eius reliquias apud S. Maximinum visitassem, ostensum est mihi pluriès sacrum & venerabile caput eius, grande

Reliquiæ S. Magdalenæ apud S. Maximinum in Galliis.

grande valdè, & totum vndiq; ad os vsq; denudatum, excepta ea parte frontis, quam Saluatorem omnium diximus tetigisse. Ibi enim pellis ad instàr quasi Æthiopissæ, seu cadaueris iamdiù occisi, clarè apparet, & in pelle duæ fossæ duarum extremitatum digitorũ; quorum altera multò est reliqua euidentior atq; profundior, & sub pelle caro ad albedinem declinans. Ostensi sunt & in vitreâ ampulla eius capilli, non omnes, sed qui pedes Christi tersêre: necnon & ampulla vitrea, plena terrâ habente colorem medium inter rubeum ac nigrum, quam in parasceue beata Magdalena sub cruce collegit: quæ, vt omnes mihi sine hæsitatione affirmabant, singulis annis in die parasceues, perlecta passione euidenter & clarè ebullit, acsi ibi videatur sanguis ebullire. Vidi & bra-

Vestigia digitorum manent in capite Mariæ Magdalenæ.

rachium eius magnum & cerei coloris. Ossa vero eius in capsâ argenteâ recluſa, videre non potui. Alabastrum quoq; vnguenti nardi ſpicati piſtici precioſi, monſtratum eſt mihi Maſſiliæ in eccleſiâ S. Victoris.

Alterum brachium eiuſdem ſanctiſſimæ fœminæ aſſeruatur Coloniæ in Monaſterio S. Barbaræ, ad Carthuſianos, vti teſtatur F. Erhardus VVinhemius, in Sacrario Agrippinæ. Religioſè coluntur etiã inſignes particulæ Reliquiarum eius, in celeberrimo Bauariæ Monaſterio Schirenſi Ordinis S. P. N. Benedicti, vbi digiti eius adhuc carne tecti viſuntur. In monte ſancto Andechs, viſuntur eiuſdem dens molaris, item de mãdibulâ, & pars cinguli & alia non exigua particula. Item de cranio

cranio eiusdem. Item Romæ in aliquot Ecclesijs & alibi pluribus in locis.

ORATIO AD B. MARIAM MAGDALENAM.

Ioan. Mich. Const. in enchirid. Exercit.

AVE, persuauissimum cor Domini IESV, pia Magdalena, spes salutis, vitæ vena, lapsorum fiducia: Aue dulcis aduocata, pœnitendi forma data miseris post vitia. Aue fœlix Deo grata, cui dimissa sunt peccata, speciali gratia. Eia ora pro me, meisq; omnibus, & specialiter pro omnibus in peccatum lapsis, vt dignè pœniteam⁹, atq; vbi abundauit delictum, superabundet & gratia.

OFFI-

AMOR MEVS CRVCIFIXVS EST

OFFICIVM BEATÆ MARIÆ MAGDALENÆ pœnitentis.

AD MATVTINVM.

Pater noſter. Aue Maria.

℣. *Erſ.* Domine labia mea aperies. Reſp: Et os meum annuntiabit laudem tuam. Verſ. Deus in adiutorium meum intende Reſp. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria Patri & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in Principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum, Amen. Non dicitur Alleluia, neque Laus tibi Domine, vt nec in Officio S. Crucis. Inuitatorium ex Antiphonario ducentorum & amplius annorum.

Ploremus coram Domino cum Maria, Vt veniam mereamur cum illa. Repetitur. Ploremus coram Domino

mino cum Maria, Vt veniam merc
mur cum illa.

Psalmus 94.

VEnite, exultemus Domin
iubilemus Deo salutari n
stro: præoccupemus faciem e
in confessione, & in psalmis iu
bilemus ei. Ploremus coram D
mino cum Maria, Vt veniam mere
mur cum illa.

Quoniam Deus magnus Do
minus, & rex magnus super o
mnes Deos: quoniam non re
pellet Dominus plebem suam
quia in manu eius sunt omne
fines terræ, & altitudines mon
tium ipse conspicit. Vt veniar
mereamur cum illa.

Quoniam ipsius est mare, &
ipse fecit illud, & aridam fun
dauerunt manus eius: venite a
doremus, & procidamus ante
Deum: ploremus coram Domi-

no

no qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster: nos autem populus eius; & oues pascuæ eius. Ploremus coram Domino cum Maria, Vt veniam mereamur cum illa.

Hodie si vocem eius audieritis, nolite abdurare corde vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto: vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt, & viderunt opera mea. Vt veniam mereamur cum illa.

Quadraginta annis proximo fui generatione huic, & dixi, semper hi errant corde: ipsi verò non cognouerunt vias meas, quibus iurauí in ira mea, si introibunt in requiem meam. Ploremus coram Domino cum Maria, vt veniam mereamur cum illa

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut

Sicut erat in Principio, & nunc, & ſemper: & in ſæculà ſæculorum, Amen.

Vt veniam mereamur cum illa, Ploremus coram Domino cum Maria. Vt veniam mereamur cum illa.

Hymnus.

Nardi Maria piſtici
Sumpſit libram, mox optimi
Vnxit beatos Domini
Pedes, rigando lacrymis.
Honor, decus, imperium,
Sit Trinitati vnicæ,
Patri, Nato, Paraclito
Per infinita ſæcula, Amen.

Antiph. Laboraui. Pſal. 6.

DOmine, ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.

Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum: ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt valde. ſed tu Domine vſquequo?

Con-

Conuertere Domine, & eri-
e animam meam: ſaluum me
ac propter miſericordiam tu-
m.

Quoniam non eſt in morte
ui memor ſit tui: in inferno
utem quis confitetur tibi?

Laboraui in gemitu meo, la-
abo per ſingulas noctes lectum
eum: lacrymis meis ſtratum
eum rigabo.

Turbatus eſt à furore oculus
eus: inueteraui inter omnes
imicos meos.

Diſcedite à me omnes qui o-
erámini iniquitatem: quoni-
m exaudiuit Dominus vocem
etus mei.

Exaudiuit Dominus depre-
ationem meam: Dominus ora-
onem meam ſuſcepit.

Erubeſcant & conturbentur
ehementer omnes inimici mei

conuertantur & erubeſcãt val. de velociter.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Sicut erat in Principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcul. ſæculorum, Amen.

Antiph. Laboraui in gemitu meo lacrymis rigaui pedes Redemptoris & exaudiuit Dominus vocem fletu mei.

Verſ. Deus vitam meam annunti aui tibi.

Reſp. Poſuiſti lacrymas meas i conſpectu tuo. Pater noſter. ſecret vſq; ad Verſ. Et ne nos inducas i tentationem. Reſp. Sed libera nos malo.

Abſolutio.

A Vinculis peccatorum noſtrorũ abſoluat nos omnipotens & miſericors Dominus.

Reſp. Amen.

Verſ. Iube Domne benedicere.

Ben

Benedictio.

DEVS Pater omnipotens sit nobis propitius & clemens. Resp: Amen.

Lectio. 1. Luc. 7.

ROgabat Iesum quidam Pharisæus, vt manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi, discubuit. Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod Iesus accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti: & stans retrò secus pedes eius lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat: & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Tu autem Domine, miserere nobis. Resp. Deo gratias. Resp. Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. Parce mihi Domine: quia peccaui nimis in vita mea. Vers. Dimitte me Domine: vt plangam paululùm dolorem meũ. Quia

peccaui nimis in vita mea. Vers. Iube Domne benedicere.

Benedictio.

Per Christi merita deleantur crimina nostra.

Resp. Amen.

Lectio II.

VIdens autem Pharisæus, qui vocauerat eum, ait intra se, dicens, Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens IESVS, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent donauit vtrisq;. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon, dixit. Æstimo, quia is, cui plus donauit. At ille dixit

dixit ei: Recte iudicasti. Tu autem Domine, miserere nobis. Resp. Deo gratias. Resp. Tribularer, si nescirem misericordias tuas Domine: tu dixisti, Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat: Qui Chananæam & Publicanum vocasti ad pœnitentiam, Et Magdalenæ lacrymis veniam indulsisti. Vers. Secundum multitudinem dolorum meor u in corde Deo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam Et Magdalenæ lacrymis veniam indulsisti Vers. Iube domne benedicere. Benedictio. Spiritum contribulatum det nobis Spiritus sanctus.
Resp. Amen.

Lectio III.

ET conuersus ad mulierem, dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis

ſuis terſit. Oſculum mihi non dediſti: hæc autem, ex quo intrauit non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt, qui ſimul accumbebant, dicere intra ſe. Quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te ſaluam fecit: vade in pace. Tu. a. D. m.n.

Reſp. Qui Mariam abſoluiſti, & latronem exaudiſti, mihi quoq; ſpem dediſti: Pie Ieſu Domine, miſere animæ peccata deplorantis.

Verſ. Preces meæ non ſunt dignæ: ſed tu bonus fac benignè. Pie Ieſu

esu Domine, miserere animæ peccata deplorantis.

Vers. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, Pie Iesv Domine, miserere animæ peccata deplorantis.

Ad Laudes.

Vers. Deus in adiutorium meum intende. Resp. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria.

Antiph. Coronauit te.

Psalmus 102.

BEnedic anima mea Domino: & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius.

Benedic anima mea Domino: & noli obliuiſci omnes retributiones eius.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam: quia coronat te in misericordia & miserationibus.

Qui replet in bonis desideri-

um tuum : renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.

Faciens misericordias Dominus : & iudicium omnibus iniuriam patientibus.

Notas fecit vias suas Moysi: filijs Israël voluntates suas.

Miserator & misericors Dominus: longanimis, & multum misericors.

Non in perpetuum irascetur: neque in æternum comminabitur.

Non secundùm peccata nostra fecit nobis: neq; secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniam secundùm altitudinem cœli à terra : corroborauit misericordiam suam super timentes se.

Quantum distat Ortus ab Occidente : longè fecit à nobis iniquitates nostras. Quo-

Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dominus, timentibus ſe: quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum.

Recordatus eſt quoniam puluis ſumus: homo ſicut fœnum dies eius, tanquam flos agri ſic efflorebit.

Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet: & non cognoſcet amplius locum ſuum.

Miſericordia autem Domini ab æterno: & vſq; in æternum ſuper timentes eum.

Et iuſtitia illius in filios filiorum: his qui ſeruant teſtamentum eius.

Et memores ſunt mandatorum ipſius: ad faciendum ea.

Dominus in cœlo parauit ſedem ſuam: & regnum ipſius omnibus dominabitur.

Benedicite Domino omnes Angeli eius: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ei9.

Benedicite Domino omnes virtutes eius: ministri eius, qui facitis voluntatem eius.

Benedicite Domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino.

Gloria Patri.

Antiph. Coronauit te Dominus in misericordia & miserationibus.

Capitulum. Isaiæ 140.

Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam: quoniã completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius: suscepit de manu Dñi duplicia pro omnibus peccatis suis.

Resp. Deo gratias.

Hymnus.

Æterni patris vnice,

Nos

Nos pio vultu respice,
Quo Magdalenæ lacrymas
Olim piè respexeras.
In thesauro reposita
Regis est drachma perdita;
Gemmaq; luce inclyta
De luto luci reddita.
Vni Deo sit gloria,
Pro multiformi gratia,
Qui culpas & supplicia
Remittit & dat præmia, Amen.
Vers. Dimissa sunt ei peccata multa.
Resp. Quoniam dilexit multum.
Antiph. In diebus illis
Canticum Zachariæ.
Lucæ. 1.

Benedictus Dominus Deus Israël: quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis: in domo Dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os Sanctorum: qui à sæculo sunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris: & de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti.

Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum: daturum se nobis.

Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi.

In sanctitate & iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini, parare vias eius.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri: in quib. visitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent:

ad

ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Gloria Patri.

Antiph. In diebus illis mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd Iesus accubuit in domo Simonis Leprosi, attulit alabastrum vnguenti, & stans retro secus pedes Iesu, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp: Et clamor meus ad te veniat. Oratio ex Thoma Kempensi.

Oremus.

Deus qui Beatæ Mariæ Magdalenæ pœnitentiam clementer suscepisti; & ei post peccatorum veniam, gratiam tuam copiosiùs infudisti: tribue nobis, eius intercessione: mala nostra districtè plangere, & post planctum spe veniæ respirare, ac æternæ vitæ perceptione lætari

tari. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus S. Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Resp. Amen. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Benedicamus Domino. Resp. Deo gratias. Vers. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. Resp. Amen.

AD PRIMAM.

Pater noster. Aue Maria.

Vers. Deus in adiutorium meum intende. Resp. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria Patri &c.

Hymnus.

Iesu dulce refugium,
Spes vna pœnitentium,
Per peccatricis meritum,
Peccati solue debitum.
Pia mater & humilis,
Naturæ memor fragilis,
In huius vitæ fluctibus
Nos rege tuis precibus.
Vni Deo sit gloria
Pro multiformi gratia,

Qui

Qui culpas & ſupplicia
Remittit, & dat præmia, Amen.
Antiph. Beatæ es Maria.

Pſalmus 31.

Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates : & quorum tecta ſunt peccata.

Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum : nec eſt in ſpiritu eius dolus.

Quoniam tacui, inueteraue-runt oſſa mea : dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua : conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.

Delictum meũ cognitum tibi feci : & iniuſtitiam meam non abſcondi.

Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino : & tu remiſiſti impietatem peccati mei.

Pro

Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno.

Veruntamẽ in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus non est intellectus.

In camo & fræno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Lætamini in Domino & exultate

ultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri.

Antiph: Beata es Maria cuius remissæ sunt iniquitates, & cuius tecta sunt peccata.

Capitulum. *Zachariæ 1.*

Conuertimini ad me, ait Dominus exercituum, & conuertar ad vos, dicit Dominus exercituum.

Resp. Deo gratias.

Vers. Vias meas enuntiaui, & exaudisti me,

Resp. Doce me iustificationes tuas. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. *Vers.* Domine exaudi orationem meam. *Resp.* Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Deus, qui beatæ Mariæ Magdalenæ pœnitentiam clementer suscepisti; & ei post peccatorum veniam, gratiam tuam copiosiùs infudisti: tribue nobis,

bis, eius interceſſione, mala noſtra diſtrictè plangere, & poſt planctum ſpe veniæ reſpirare, ac æternæ vitæ perceptione lætari. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen. Verſ. Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. Verſ. Benedicamus Domino. *Reſp.* Deo gratias. Verſ. Fidelium animæ per miſericordiam DEI requieſcant in pace. *Reſp.* Amen.

AD TERTIAM.

Pater noſter. Aue Maria.

Verſ. Deus in adiutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria.

Hymnus.

Ieſu dulce refugium,
Spes vna pœnitentium,
Per peccatricis meritum,
Peccati ſolue debitum.
Pia mater & humilis,
Naturæ memor fragilis,

In

In huius vitæ fluctibus
Nos rege tuis precibus.
Vni Deo sit gloria,
Pro multiformi gratia,
Qui culpas & supplicia
Remittit & dat præmia.
Amen.

Antiph. Rugiebam.

Psal. 37.

Dñe ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus graue grauatę sunt super me.

Pu-

Putruerunt & corruptæ sun
cicatrices meæ: à facie insipien
tiæ meæ.

Miser factus sum, & curua
tus sum vsq; in finem: tota di
contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei implet
sunt illusionibus: & non est sa
nitas in carne mea.

Afflictus sum, & humiliatu
sum nimis: rugiebam à gemiti
cordis mei.

Domine, ante te omne desi
derium meum: & gemitus me
à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est
dereliquit me virtus mea: & lu
men oculorum meorum, & ip
sum non est mecum.

Amici mei, & proximi mei
aduersum me appropinquaue
runt, & steterunt.

Et qui iuxta me erant, de lon
g

rè ſteterunt: & vim faciebant
qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mi-
hi, locuti ſunt vanitates: & do-
os tota die meditabantur.

Ego autem tanquam ſurdus
non audiebam: & ſicut mutus
non aperiens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo nõ
udiens: & non habens in ore
uo redargutiones.

Quoniam in te Domine ſpe-
aui: tu exaudies me Domine
Deus meus.

Quia dixi: Nequando ſuper-
gaudeant mihi inimici mei: &
um commouentur pedes mei,
uper me magna locuti ſunt.

Quoniam ego in flagella pa-
atus ſum: & dolor meus in
onſpectu meo ſemper.

Quoniam iniquitatem me-
m annuntiabo: & cogitabo
ro peccato meo. Ini-

Inimici autem mei viuunt & confirmati ſunt ſuper me: & multiplicati ſunt qui oderunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne diſceſſeris à me.

Intende in adiutorium meũ Domine Deus ſalutis meæ.

Gloria Patri.

Antiph. Rugiebam à gemitu cordis mei, Domine: tu autem in bonis repleuiſti omne deſiderium meum.

Capitulum. 1. Tim. 1.

Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quòd Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere. Reſp. Deo gratias. Verſ. Miſericordia tua Domine plena eſt terra. *Reſp.* Iuſtificationes tuas doce me. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Ver

Vers. Domine exaudi orationem meam. *Resp.* Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Deus qui beatæ Mariæ &c.

Vers. Domine exaudi orationem meam. *Resp.* Et clamor meus ad te veniat. Vers. Benedicamus Domino. *Resp.* Deo gratias. Vers. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. *Resp.* Amen.

AD SEXTAM.

Pater noster. Aue Maria.

Vers. DEVS in adiutorium meum intende.

Resp. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria.

Hymnus.

Iesu dulce refugium, &c. vt supra.

Antiph. Sacrificium.

Psal 50.

Miserere mei Deus: secundùm magnã misericordiam tuã. Et secundùm multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam. Am-

Ampliùs laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccaui, & malũ corã te feci: vt iuſtificeris in ſermonib⁹ tuis, & vincas cũ iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſſopo, & mũdabor: lauabis me, & ſuper niuem de albabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.

Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor

Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

Ne proijcias me à facie tua: & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lętitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.

Libera me de ſanguinib⁹ De⁹, Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.

Dñe labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuã.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtiq; : holocauſtis non delectaberis.

Sacrificium Deo ſpirit⁹ contribulat⁹ : cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

Benignè fac Domine in bona

voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Ieruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes & holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

Gloria Patri.

Antiph. Sacrificium, Domine, ſpiritus contribulati à Maria pœnitente clementer ſuſcepiſti impenſum.

Capitulum. 1. Ioan. 1.

Si confiteamur peccata noſtra: fidelis eſt & iuſt9, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate Ieſus Chriſtus Dominus noſter. Reſp. Deo gratias. Verſ. Confige timore tuo carnes meas. Reſp. A iudicijs enim tuis timui. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Verſ. Domine exaudi orationem meam. Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Deus qui beatæ Mariæ &c. vt ſupra.

Verſ.

Vers. Domine exaudi orationem meam, *Resp.* Et clamor meus ad te veniat. Vers. Benedicamus Domino. *Resp.* Deo gratias. Vers. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. *Resp.* Amen.

AD NONAM.

Pater noster. Aue Maria.

Vers. DEVS in adiutorium meum intende. Resp. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria.

Hymnus.

Iesu dulce refugium, &c. vt supra,

Antiph. Vt audiret.

Psal. 101.

Domine exaudi orationem meã: & clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuam à me: in quacunq; die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacunq; die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei: adhæsit os meum carni meæ.

Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilaui: & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduersum me iurabant.

Quia cinerum tanquam panem manducabam: & potum meum cum fletu miscebam.

A facie iræ & indignationis tuæ: quia eleuans allisisti me.

Dies mei sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fœnũ arui.

Tu autem Dñe in æternũ permanes: & memoriale tuum in generationem & generationẽ.

Tu

Tu exurgens misereberis Si-
on: quia tempus miserendi eius
quia venit tempus.

Quoniam placuerunt seruis
uis lapides eius: & terræ eius
miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen
uum Domine: & omnes reges
terræ gloriam tuam.

Quia ædificauit Dominus Si-
on: & videbitur in gloria sua.

Respexit in orationē humili-
um: & non spreuit precem eorū.

Scribantur hæc in generatio-
ne altera: & populus qui crea-
bitur laudabit Dominum.

Quia prospexit de excelso
sancto suo: Dominus de cœlo
in terram aspexit.

Vt audiret gemitus compe-
ditorum: vt solueret filios in-
teremptorum.

Vt annuntient in Sion nomē

Dñi: & laudem eius Ieruſalem.

In conueniendo populos in vnum: & reges vt ſeruiant Dño.

Reſpondit ei in via virtutis ſuæ: paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generationem & generationem anni tui.

Initio tu Domine terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cœli.

Ipſi peribunt, tu autem permanes: & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.

Et ſicut operatorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.

Filij ſeruorum tuorum habitabunt: & ſemen eorum in ſæculum dirigetur.

Gloria Patri.

Antiph. Vt audiret gemitus tuos, ô Maria, Dominus de cælo in terram descendit.

Capitulum. 1. Ioan. 1.

Filioli mei, si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustũ: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Resp. Deo gratias, Vers. Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei. Resp. Quia non custodierunt legem tuam. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Deus qui beatæ Mariæ &c.

Vers. Domine exaudi orationem meam. *Resp.* Et clamor meus ad te veniat. Vers. Benedicamus Domino. *Resp.* Deo gratias. Vers. Fidelium animæ per misericordiam DEI requiescant in pace. *Resp.* Amen.

AD VESPERAS.

Pater noster. Aue Maria.

Vers. Deus in adiutorium meum

intende. *Resp.* Domine ad adiuuandum me festina. Gloria.

Antiph. Apud Dominum.

Psalmus 129.

De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris Domine: Dñe quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius: speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Et

Et ipſe redimet Iſraël: ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria Patri &c.

Antiph. Apud Dominum miſericordiã, & copioſa apud eum redemptio: ipſe redemit me ex omnibus iniquitatibus meis.

Capitulum. 2. Cor. 1.

Benedictus Deus, & pater Dñi noſtri Ieſu Chriſti: pater miſericordiarum, & Deus totiꝰ conſolationis: qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Reſp. Deo gratias.

Hymnus.

Audi benigne conditor
Noſtras preces cum fletibus
Quos Magdalenæ fundimus
Freti pijs ſuffragijs.
Scrutator alme cordium,
Infirma tu ſcis virium,
Ad te reuerſis exhibe
Remiſſionis gratiam.
Multum quidem peccauimus,
Sed parce confitentibus:
Ad laudem tui nominis

Confer medelam languidis.
At tu beata nos iuua
Magiſtra pœnitentiæ:
Tecum fleamus crimina,
Per te impetremus gratiam.
Præſta beata Trinitas,
Concede ſimplex vnitas,
Vt fructuoſa ſint tuis
Lamenta pœnitentiæ. *Amen.*
Verſ. *Remittuntur ei peccata multa.*
Reſp: *Quoniam dilexit multum.*
Antiph. Mulier Cantic. B. Mariæ Virg. Luc. 1.

Magnificat anima mea Dominum,

Et exultauit Spiritus meus: in Deo ſalutari meo.

Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens eſt: & ſanctũ nomen ei⁹.

Et miſericordia eius à progenie in progenies; timentibus eum,

Fecit

Fecit potentiam in brachio ſuo : diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

Depoſuit potentes de ſede: & exaltauit humiles.

Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes.

Suſcepit Iſrael puerum ſuũ: recordatus miſericordiæ ſuæ.

Sicut locutus eſt ad patres noſtros: Abraham & ſemini eius in ſæcula.

Gloria Patri.

Antiph: Mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, attulit alabaſtrum vnguenti, & ſtans retro ſecus pedes Domini, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Verſ. Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Deus qui Beatæ Mariæ &c.

Verſ. Domine exaudi orationem

meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Benedicamus Domino. Resp. Deo gratias. Vers. Fidelium animæ per misericordiam DEI requiescant in pace. Resp. Amen.

AD COMPLETORIVM.

Confessio Communis.

Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Ioanni Baptistæ, sanctis Apostolis Petro & Paulo, beatæ Mariæ Magdalenæ, & omnibus Sanctis, quia peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideò precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Ioannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum & Paulum, beatam Mariam Magdalenam, & omnes sanctos orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Misereatur nostri omnipotens Deus, & dimissis peccatis nostris, perducat nos ad vitam æternam.
Resp. Amen.

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorũ nostro-

ſtrorum tribuat nobis omnipotens & miſericors Dominus. Reſp. *Amen.*

Verſ. Conuerte nos Deus ſalutaris noſter.

Reſp, Et auerte iram tuam à nobis.

Verſ. Deus in adiutorium meum intende.

Reſp. Dñe ad adiuuandũ me feſtina.

Gloria Patri.

Antiph. *Anxiatus eſt.*

Pſal. 142.

Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua iuſtitia.

Et non intres in iudicium cũ ſeruo tuo: quia nõ iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi: & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.

Memor

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi

Velociter exaudi me Domine: defecit spiritus meus.

Non auertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum.

Auditã fac mihi manè misericordiam tuã: quia in te speraui.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine viuificabis me, in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: & in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego seruus tuus sum. Gloria.

Antiph. *Anxiatus est super me spiritus meus, quia dereliqui fontem aquarum viuentium Dominum; ideò in me turbatum est cor meum.*

Hymnus.

Iesu dulce refugium, &c.

Capitulum. Ierem. 17.

Sana me Domine, & sanabor; saluum me fac, & saluus ero: quoniam laus mea tu es.

Resp. Deo gratias. Vers. Fides tua te saluam fecit. Resp. Vade in pace.

Antiph. Maria vnxit.

Canticum Simeonis, Luc. 2.

Nunc dimittis seruum tuum Dñe: secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei: salutare tuum. Quod

Quod parasti: ante faciem omnium populorum.

Lumen ad reuelationē gentium: & gloriā plebis tuæ Israël.

Gloria Patri.

Ant: Maria vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis, & domus impleta est ex odore vnguenti. Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Deus, qui beatæ Mariæ &c.

Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Benedicamus Domino. *Resp* Deo gratias. Benedictio. Benedicat & custodiat nos omnipotens & & misericors Dominus, Pater, & Filius: & Spiritus sanctus, *Resp.* Amen. Pater noster. Aue Maria. Credo.

***

AVGVSTÆ VINDELICORVM,
Apud Saram Mangiam Viduam, 1622.

733 1471
9 No 18